



**De politia Judaica, : tam Civilis quam Ecclesiastica, iā[m] inde
a? suis primordiis, hoc est, ab Orbe condito, repetita.**

<https://hdl.handle.net/1874/423217>

DE POLITIA

JUDAICA, TAM

Civili quam Ecclesiastica,
iā inde à suis primordijs , hoc
est, ab Orbe condito, repetita.

Authore Bonaventura Cornelio
Bertramo.



GENEVÆ,

Apud Eustathium Vignon.

M. D. LXXIII.

DE HORTILIA

MAGISTER IN HORTILIA

CIVICIS HORTIS ET CAMPIS

ET HORTIS VITIS HORTICIS VITIS
Hortis et vitis horticis vitis

magister in Hortis et vitis
Hortus et vites.





THEODORO BEZÆ
Viro Clarissimo, & Geneuësis Ecclesiæ
pastori doctorique fidelissimo,

Bonauentura Cornelius Bertramus Sal.

Ertius & decimus agitur annus, Vir Clarissime, quum Franciscus Rhoaldus Iurisconsultus Legum Romanarum totiusque Antiquitatis consultissimus, Cadurei meā in discutiēda Iudaica Politia, eiusq; duplii Iurisdictione operā efflagitauit. Tū verò tā pauca in eo argumēto suppetebant, ut ad excusationes veniēdum fuerit. Praetexebam videlicet me iam per sex annos quibus Tholosa Iuri operam dedisse, Sacrarum literarū atque Hebraicarū ex quibus huius quæstionis explicatio pederet, studia potius abiecisse quam intermisisse: mihiq; videri tantam tamque insolentem illius argumenti magnitudinem & difficultatem, ut eam viris in Theologia & exterarū Gentium historia exercitatis relinquenda existimarem. Quod & ille iam tum ita agnoscebat, ut facile meas illas excusationes acciperet. Itaque dum vterq; nostrū expectamus quoad aliquis exoriretur qui hac pertrahat.

adj.

Etaret, ecce Sigonius vir doctissimus & historie Ro-
 mane iuxta ac Græce peritissimus peculiarem eius
 argumēti disputationem pollicetur. Sed quū nihil dñ
 ille proferrēt, nullusque existeret qui eiuscmodi re-
 tētaret, rursum tu, cum turbæ de nostrarū Ecclesiārū
 disciplina qua cum hac questione omnino coheret,
 à nonnullis excitarētur, onus quod ego valentiorum
 humeris reseruabam, in meipsum quantumuis imbe-
 cillū reiecessi. Hoc ergo tuis auspiciis ita aggressus
 sum, ut tuo consilio tuaque opera assidue uterem non
 solum dum institutū opus primum meditarer, sed &
 ubi iam ad summū perduxisse. adeò ut mihi profer-
 teri necesse sit, quā in hūc libellū congesta sum, nō
 modò tuo iudicio cōprobata fuisse, sed & à te aucta
 atq; cumulata: imò ita expolita & adornata omnia,
 vt iam serè nihil in eo quod meū sit, agnoscā, sed tua
 omnia esse palā prædicem; nec tā hic libellus in tuo
 nomine apparere, quam tuus dici debeat. Hac verò
 occasiōne hoc ipso die mihi oblatā nostro q; Cornelio,
 meo ex tua nepte filio & illi gratulari & mihi gau-
 dere nunquam intermitiam, qua ego utrinq; nostrū
 nomine, eam quam tibi debemus obseruantiam re-
 statam relinquerem. Quicquid igitur, Vir Clarissi-
 me, nostra est opellæ & laboris in hoc libello, quod
 cum tua industria, tuo q; iudicio coniunctum & tem-
 peratum est, ita tibi dicatum volumus, vt nobis no-
 stris q; in reliquum tempus, mūrū quoddam pi-
 gnus sit & perpetuum monimentum illius amoris
 & benevolentia qua nos inter nos amamus. Vale.
 pridie Cal. Marias. CIC LXXXI.



DE POLITIA IV-

daica, tam Ciuitati quam Ecclesiastica, iam inde a suis primordiis, hoc est, ab Orbe condito, repetita.

C A P V T . I.

De prima origine Iudaicæ politiæ cum Ecclesiastica cum Ciuitatis.

IEGVM omnium bonarum, siue sint scriptæ, siue non scriptæ, duplex est scopus. Aut enim hominis erga Deum pietatem respiciunt, aut hominum inter se officia describunt. Hinc duplex nascitur politiæ genus, quarum unam quæ ad pietatem refertur, diuinam: alteram quæ hominum inter se officia continet, humanam, meritò vocemus. Nos tamen ex communi loquendi more illam quidem Ecclesiasticam, istam verò Ciuitate appellabimus. Ceterum vñà cum homine
a. iii.

condito leges illas cœpisse factendum est, animo videlicet illius ad imaginē Opificis ipsius conditi, insculptas. Quum enim neq; intelligentiæ lux vllis tenebris obscurata esset, nique voluntatem vlla ~~an~~^{ar} ea inuafisset, imò quædam admirabilis esset hominis cum ipso Deo conuenientia, efficitur hominem hoc fuisse ipso creationis beneficio adeptum, vt & quod Opifici deberet, & quod hominis cuiusvis in alterum officium esset, sua sponte perspiceret, & quod illum intellectus duceret, eò quoque tota voluntas ferretur. Iam tum tamen opus fuisse præterea externa diuinæ voluntatis declaratione ex eo appareat, quod Dominus, etiam ante peccatum, Legem de arboris illius usi interdicto, adhibita quoque grauissima minimèque vana comminazione fanciuit: quæ Lex nimirūm eius quam homo Deo debebat obseruantia testimoniūm externū esset. nec aliam tum Legem latam fuisse legimus. Postea verò inuectis in hominis mentem tenebris, & penitus auersa à Deo hominis voluntate, manserunt tamen in homine οὐτόποιος καὶ οὐγένως: quarum illa est quoddam κοινῶν ἐννοίαν veluti penu, ab ista verò cogitationes hominem (vt inquit Apostolus) excusantes vel accusantes, regi oportuit. Sed illa usque adeo

deprauata est, ut ista lux olim limpidissima, partim sit in densissimas tenebras conuerta, partim ubi etiam aliquid perspicere sibi videtur quo discrimen inter fas & nefas, inter honestum & turpe constituit, nunquam nos tamen ad veram usque Dei vel nostri ipsius notitiam deducat: nec in aliud usum, Apostolo teste, sint in nobis illius relictæ Rom. 10. 29 quædam reliquie, quam ut simus ἀναπολόγιτοι. Itaque conscientiam quoque, ut poterit que ab illo cæco duce regatur, aberrare in plurimis necesse est: ut illam affectuum ἀταξίαν planè nostris nunquam viribus perdomitā prætermittam. Dubium ergo non est quin æternus ille λόγος φιλάρδηπος iam tum partim arcano sui Spiritus afflatu, partim etiam externis alloquutionibus, quarum exempla Moses non pauca suppeditat, homines quomodo intus & foris coli vellet, & quæ alij aliis officia deberent, perspicue docuerit. Quas Leges qui primi à Deo acceperunt, suis etiam nepotibus veluti per manus tradebant. Harum rerum testimonia nobis subministrat vetus mundi historia usque ad Legem in Sinai monte & aliis deserti regionibus perlatam: sicuti nobis est à Mose diuinissimè ex ipsius Dei mandato perscripta. Veterissima vero huiusmodi Legum duo præsertim monumenta

Heb.11.4. nobis ante Diluuium traduntur, nempe sacrificandi mos, & animalium mundorum & immundorum discrimen: quod utrumque ad Ecclesiasticam externam politiam spectat. Quum enim Abel fide sacrificasse ab Apostolo dicatur, necesse est Dei verbum expressum praeviisse: quū vera fides non alio feratur. Discrimen autem animalium mundorum & immundorum, id est, quā mactare fas aut nefas esset, non aliunde quam ex ipsis Dei voce intelligi potuit: & quum Noachi sacrificium hac obseruata Lege factum, Deo dicatur placuisse, rursus efficitur praeviisse illius mandatum, quū nulla vñquam ἵδελοθρισκεῖα Deo placuerit. Sed agè hęc omnia pluribus, & quidem initio ab Ecclesiastica politia facto, explicemus.

CAP.

Politia Ecclesiastica Patrum ab orbe condito.

NEcclesiastica Patrum politia primum de personis, postea de loco, deinde de tempore, quartò de rebus, quintò de ritibus, tū circa personas, tum circa res, agendum est.

Atque quod ad personas attinet, in genere primum sunt considerandæ, ita ut totum Ecclesiæ corpus dispiciamus: deinde & speciatim, ita ut illius corporis partes distinguamus.

Quod igitur ad totum Ecclesiæ corpus spectat, ex ipso Dei verbo constat Adamū Gen. 3.14 & Heuam à Deo alienatos, & postea illi conciliatos, ab ipso Deo in Ecclesiæ cœtū lectos fuisse. Ita enim post lapsum senserunt ex Dei increpatione se primam naturæ lucem & iustitiam amisisse, ut rursus ex Dei promissione intellexerint se ab eo in suos recipi, & vitam sibi reddi.

Corporis istius partes duæ fuerunt: una eius quæ moderando & docendo cœtui præfuit, altera eius quæ monenti & docenti parere debuit. Nam in ea increpatione Gen. 3.16 1. Cor. 14. qua Dominus Adamum & Heuam perstrinxit, Adamum ipsum gubernandæ reli- 1. Tim. 2.12 b. j.

quæ Ecclesiæ præficit, vel ipsam Hcuam alloquens.

Adami seu præfecti Ecclesiæ moderan-
dæ duplex fuisse videtur officium : vnum
Prophetiæ, alterum Sacerdotij.

Adamus igitur pro iure suo, quod etiam
ipſi Dominus confirmauit & auxit, sapienter
iterauit & exposuit vxori increpationem
& promissionem sibi factam, item & libe-
ris suis, eosque genuinum Dei cultum do-
cuit: atque ita prophetam egit, ut & fuit.

Gen.2.23

Sacerdotio functum fuisse dubium non
est, tum in recipiendis atque offerendis sa-
crificiis, tum etiam in declarandis, hoc est,
in declarando suo reliquorumque homi-
num reatu & poena, quæ ita designarentur
ipsis sacrificiis, ut etiam illis adumbrare-
tur præcipuum illud sacrificium Seminis
venturi.

Quidam ex priscis Hebræorum inter-
pretibus nō ineptè proflus cōficiunt ex eo
quod quarti Gen.3,& 4.vers.dicitur Cainū
& Habelē adduxisse (ita enim propriè so-
nat verbum Hebræum) sua sacrificia, sacri-
ficia ea ad patrem Adamum adducta, ut il-
le ea Domino offerret, ad eum videlicet lo-
cum quem ei rei destinauerat ex Dei præ-
scripto Adamus.

Locum enim certum fuisse dubium non
est

est (cum omnia ordine fieri iam tum oportuerit) ad quem ad Sacra peragēda conuncinretur, & ad quem sacrificia ipsa vel adferrantur vel adducerentur: vbi etiam corām Deus suum aduersus suos animum testatus fuerit. Ibi videlicet Cainus liquidō & certō intellexit se suūmque sacrificium Deo non probari, contrā fratrem eiūsque sacrificium Deo gratissimum.

Inde qui Dei oraculum sciscitabantur, ad certum aliquem locum conueniebant, ut confirmatur ex Gen. 25. 22. vbi vel ipse Deus introducitur ipsi Rebeccæ respondens, vel certè eius sacer Abrahamus, tum tēporis Ecclesiæ Dei sacerdos & propheta.

Quia ergo in eo loco luculentiorem sui præsentiam Deus exhibebat, quum inde fugaretur Cainus, fugatus dicitur 'נַפְלָה' i. Gen. 4. 14. & 16. ab ad præsentiam Domini.

Ad eum locum erectum fuisse altare verisimile est, cui victimæ imponerentur.

Quod ad tempus attinet, iam inde ab orbe condito præstitutus fuisse videtur dics Septimus seu Sabbathi frequentandis cœtibus sacræque quieti: vt colligi potest ex eo quod de eiuscemodi quiete disertè pronuntiat Moses ante Legem datam ad montem Sinai, Exod. 16. 5, 26, & 27. Adde quod eiuscemodi dies, eiūsque ratio & usus no-

tissimus fuit priscis ipsis patribus.

Præterea quod Moses dicit Genes. 2. 3.
Dominum benedixisse diei septimo, cùm-
que sanctificasse, eò spectat ut significet
Deum non solum magnificasse & singulari
laude extulisse diem septimum, verum etiā
ad specialem cultum elegisse, separasse &
dedicasse.

Quod ad res spectat, Patrum sacrificia
fuerunt alia Expiatoria, alia Eucharistica.

Sacrificia Expiatoria ante Legē ad mon-
tē Sinai datā, sola fuerunt Holocausta. Eu-
charistica fuerunt quadruplicia, Primitiae,
Decimæ, Prosperitates & Vota.

Expiatorium illud vnicum sacrificium,
videlicet holocaustum, Patribus vfitatum
fuisse apparet ex Gen. 8.20. & 22.2,3,7, & 13.
Exod. 10.25. & 18.12. & 20.24. & 24.25. tunc
enim nihil dum præscripsérat Deus de Ho-
locaustis corūmque ritibus.

Ex Eucharisticis vfitatas fuisse Primitias
constat ex Gen. 4.4. Decimas ex Genes.
14.20. & 28.22. Prosperitates ex Gen. 31.54.
& Exod. 20.24. & 24.5. tunc enim necdum
præscripta erat lex de sacrificiis Prosperi-
tatum, quæ extat in Leuitico, & Exod. 18.
12. ex interpretatione Aben-Hezræ. Vota
ex Gen. 28.20, & 31.13.

Personarum ritus vel fuerunt carum ad-
huc

huc viuentium, vel iam mortuarum.

Ritus qui circa personas viuentes obseruatus est, primus & præcipuus est puritas seu sanctificatio, non solum interior, sed & exterior.

Exteriorem arguit illud Gen. 35.2. quod quidē postea sub Lege effecit יְהוָה. Deinde distinctio illa totius generis humani quæ extitit tempore Enossi in filios Dei & in filios hominum: idque probat illa postea subsequita Dei irritatio aduersus suam Ecclesiam, eo quod suorum filij commixti filiabus hominum, hoc est profanorum qui ex Caini posteris erant, eorum perditis moribus & vitiis se contaminassent, & ex illis sobolem sustulissent ad audacissima quæque facinora proiectissimam.

Disertissimè verò puritatē hanc & sanctitatem arguit Excommunicatio, unus certam ex illis ritibus qui circa personas obseruati sunt.

Excommunicatio duplex iam tum fuisse videtur: Excommunicatio simplex, & Anathema.

Excommunicationis simplicis formula extare videtur Genes. 17.14, Et excindetur anima illa ex populis suis. quod idem esse videtur atque si diceretur, Eiuscmodi homo amplius nō censembitur in populo Dei.
b. iii.

Populi enim nomine intelligitur aggregatio plurium hominum qui iisdem legibus diuinis & humanis reguntur.

Praxis istius excommunicationis extitit in Caino. Gen. 4.14, & 16.

Chanochus septimus homo ab Adamo, cum Caini posteros in peius ruere videret, & Dei filios seu populum in dies magis ac magis ab antiqua puritate desciscere, Anathema illud solenne suæ ætatis hominibus proposuit, quod extat Iudæ vers. 14, & 15. Illa verò verba solenne Anathema præstulisse arguit quod scribit Paulus 1. Corin. 16.22. Anathema Maran-athá. Nam duę illæ voces Maran-athá. i. Dominus noster videtur omnino petitæ ex illa prophœcia, & postea ex illius formulæ verbis Excommunicatio ipsa ex Hebræorum more appellata. Quod verò Dominus noster, non autem nudè & absque pronominé, Dominus, sicut apud Iudam κύριος, scribitur, sit ex idiotismo linguae Aramicæ, qui accedit ad idiotismum linguae Hebraicæ. Aramæi enim, præsertim Syri, pro κύριος dicunt מֶלֶךְ. i. Dominus noster, vbi Hebrei dicunt מלֵךְ. i. Domini mei, abundante ytrobique pronomine tam Græcis quam Latinis.

Quinetiam ex Rabbinis quidam interpretantur summum genus excommunicationis

tionis quod illi vocant οὐρανός vel οὐρανός, qua-
si sit οὐρανός. i. Dominus ipse venit. Quod
si hæc interpretatio valeat, alia quam vul-
gò afferunt, Ibi mors, allusio quædam erit
post genuinam illam compositionem in-
uenta, ut quamplurima huiuscmodi extat
apud Iureconsultos. Est enim hæc excom-
municatio adiudicatio quædam ad mortem
æternam, & iustum Dei iudicium. Atque
huc videtur spectare quod Ioannes dicit Ioā.5.16
de peccato ad mortem. Vide & infrà, ubi
agetur de Ecclesiastica Iudæorum politia
ad montem Sinai prescripta.

Ritus qui circa mortuos obseruatus est,
fuit sepeliendi atque humandi cura, & se-
pulchri sanctitas & religio.

Humandi preceptum aliquo modo a-
dumbratur verbis illis Dei ad Adamum,
Gen.3.19, Quoad ad terrā reuertaris : nam
ex ea sumptus es. Quia puluis(es) tu, etiam
ad puluerem reuertēris.

Pura humandi cura & sepulchri ius at-
que sanctitas extat Gen.23.

Rituum qui circa res obseruati sunt, ille
vnum extat quo distinguuntur animantia in-
mundæ & immundæ, de quo Gen.7.2, & 8.
& 8.20.

Delectus ille animantium mundorum,
sacrificia duntaxat spectasse videtur.

b. iiij.

Alia quædam præterea ab istis in Ecclesiastica hac Patrum politia cōtigerunt, quæ operæ pretium videtur percurrere antequam ad Ciuilem Patrum politiam descendamus.

Gen.5.4,
&c.

Prætermittendum enim nullo modo videtur, quod Mōses tam diligenter perseruit genealogiam Adami, per Sethum & certos quosdam ab eius posteris selectos. Illud verò eò spectare omnino videtur, ut sciamus quām bene & fœliciter suam Ecclesiam Deus continuari, & regendam curauerit.

Cūm ergo iam per ætatem non liceret Adamo Ecclesiæ regendæ attendere, præfectus illi est Sethus. Setho cadem de causa succedit Enossus, Enosso Kænan, Kænani Mahaléel, Mahaleeli Ieredus, Ieredo Chanochus, Chanocco Methuskelachus, Methuskelacho Lamechus, Lamecho Noahus, qui & dicitur Præco iustitiæ, & Præco 2. Pet. 2. 5. 1. Pet. 3. 19. &c. 4. 6. ipsius Christi.

Cūm verò ille per longissimum tempus furdis cecinisset, præsertim per illos centū viginti annos quibus arcam construxit, tandem mandata accipit à Deo, vt in arcam ipse ingrediatur vna cum sua familia & variis animatiū speciebus: vt ibi in tuto sit, interea dum reliqua quæ extabat, extremo exitio

exitio deuoueret penitūisque deleret.

Noachus ex arca egressus ad pristinos ritus diuini cultus redit, eosque apud suos omnes nondum dispersos exercuit per centum & decem annos: in quod tempus incidit dispersio posteriorum Noachi.

Facta illa dispersione verisimile omnino est unumquenque in sua familia Principem seu Regulum, & Sacerdotem fuisse, atque inde has dignitates ad Primogenitos gentis seu familiæ peruenisse: ita ut primariæ familiæ primogenitus eas semper obtineret, aliarum vero familiarum primogeniti tum ad Rempublicam administrandā, tum ad Sacra peragenda adhiberentur.

Primogenitos solitos adhiberi ad Sacrificia appareret non solum ex Hebræorum commentariis, sed & ex eo quod in Lege Dominus profitetur se Leuitas ad suum cultum assumere & sibi dicare, tanquam $\lambda\upsilon\tau\rho\delta\gamma$ Primogenitorum reliquorum ex Israëlitis. Hoc enim non tantum ad Israelitarum primogenitos ab Angelo Exterminatore in Ægypto prætermisso referendum est, verum etiam ita intelligendum videtur, quasi Dominus significaret non solum ex Lege quam tunc dictabat, vel certè refri-
cabat, primogenitos suos esse, suisque Sacris faciendis præficiendos, sed iamdudum

In Exod.

^{19.22. &c}

^{24. 3. vbi}

Onkelos

^{Iuuenes di}

fertè expo-

nit Primo-

genitos. A-

bé-Hezr.

Num.16.1

hoc in suo populo & cuiusque eius familia
vstatum fuisse.

Noachus ita suos instituit, ut cultum diuinum sibi à Maioribus traditum, & à Deo confirmatum addito novo quodam Iridis Sacramento, eos docuerit: sed non omnes eum purum retinuerunt. Chaldaeí enim admixta suorum Regum idolomania eum indignissimè corruerunt: fœdius verò ipsi Chananaei, qui ad idolomaniam, Magia & perditissimos quosque mores adiunxerūt.

Certè usq; ad Abrahami tempora nō so-

Gen.12. 17 lūm in Ægypto perseverauit aliquis Dei timor, (vbi tamen mox depravatam fuisse veram sapientiam, ac religionem fœdissimis superstitionibus contaminatam ex omnibus historiis constat) sed & in Pale-

Gen.20.3, & 14.18 stina: imo & in media Chananaea ad Salem erat Melchitsedechus Dei altissimi Sacer-

Num.22.5, &c. dos idem & ipse Rex. Addam etiam tempore Mosis illuxisse alibi quam in posteris Iacobi verę religionis aliqua vestigia, nimirū in Pethor vrbe sita siue ad Euphratē in Mesopotamia, vt nonnulli volunt, siue apud Madianitas. Ibi commoratus dicitur Bilhám Prophetiae dono illustris, sed qui cum lucro pellectus Prophetiam in perniciem populi Dei conuertere conatus esset, & eius rei gratia Deum saepius tentasset,

pepsi-

pessimumque consilium tandem Moabitis
suggesisset, meritò à Mose Diuinus dici-
tur, & malitiæ suæ meritas pœnas dedit.

Dum Chaldaei suorum Regum idolo-
manias ad genuinum Dei cultum adiun-
gunt, Dominus misertus Abrahami eum
ex mediis illis idololatriis euocat, cùmque
patrem Seminis promissi fore pronuntiat,
& cum eo fœdus solenne percutit.

Abrahamus vbi terram Chenáan sibi
designatam & destinatam ingressus fuisset,
& tutò ad genuinum Dei cultum redire
posset, cum ita aggreditur, ut ipse domi Sa-
cerdos familiæ suæ esset, & pro diuersis suæ
peregrinationis mansionibus varia illius
Diuini cultus, quem frequentabat, Sacraria
seu altaria erexerit, apud quæ Dei nomen
inuocauerit. i. (si quis velit) vniuersum Dei
cultum celebrauerit, qui nomine orationis
& inuocationis nominis Dei venit, vt & a-
dorationis, Gen. 22. 5.

Quum verò Abrahamus ad Quercetum
seu Roboretum Mamre cōsedisset, ibi Sa-
crarium & altare quoddam ordinariis fa-
miliæ suæ cœtibus destinauit.

Abrahamum sacrificasse apparebat ex Ge-
nes. 15. 9. & 22. 2, 7, 9. & 13.

Abrahamum docuisse apparebat ex Gen.
18. 19. atque adeò prophetam fuisse ex Ge-

nef. 20. 7.

Quinimo Abrahamus hoc honore à Deo affectus est, ut nouas & maximè disertas ab eo promissiones audierit, tum de se suisq; æternū in Dci populum retinendis, tum de Messia eius semine, futuraque Dei benedictione in eius gratiam & nomen, earumque solemne & disertum sigillum & Sacramentum, nimirum Circuncisionem, acceperit.

Abrahami omnes filios non ita verisimile est patris educationem & institutionē contempssisse, quin aliquam paternæ religionis obseruationem usurpauerint: sed de illa apud Ismaelem & Ceturæ filios nō ita constat, atque de Isaaci in ea perseuerantia.

Gen. 26. 14. Isaacus igitur, sicut & pater Abrahamus,
Gen. 27. 26. Sacerdos familiae suæ fuit, Sacrifice operatus est ipse, atque suos docuit.
Gen. 28. 1.

Vterque ex Isaaci filiis videtur in patris religione perseuerasse, sed Esavus non ita purc.

Gen. 35. 2. At Iacobus ita genuinum Dei cultum in sua familia restituit, ut suos omnia idola corumque insignia quæ ex Mesopotamia asportauerant, abiicere iusserit. Ergo & domini Sacerdos suus fuit, sacrificauitque saltē Prosperitates, suosque docuit: atque varia pro variis suis habitationibus altaria erexit.

C A P!

C A P V T I I I .

Politia civilis Patrum ab orbe condito.

Civilis politiæ qua Patres vñi sunt, duplex tempus considerandum est. Prius est quod præcessit ætatem Nimrodi: posterius est quod illam subsequutum est.

Civilis politiæ administratio ante Nimrodum, penes eos fuit, penes quos erat & Ecclesiasticae. Nam veteribus ordinarium & quasi perpetuum fuit, vt qui Reges essent, iidem etiam Sacerdotio fungerentur. Hinc efficitur istam priorem politiam Monarchicam fuisse.

Politiæ quæ Nimrodi ætate inualuit, duplex fuit administratio, Priuata & Publica.

Priuata fuit penes Patresfamiliās & eorum Primogenitos. Siquidem cùm ex historiis Sacris, tum ex profanis constat veteres illos patresfamiliās in liberos & seruos vitæ necisque potestatem habuisse, ita vt illos castigare etiā seuerius pro rei merito potuerint: Imò & in reliquos qui censēbantur familiæ eorum, qualis erat vxor & nūrus. Ergo patresfamiliās domi sua suosque ad iustitiæ regulam componebant, & de criminibus intra familiam vel aduersus fami-

liam admissis cognoscebant, pœnâsque sta-
tubabant & exequendas curabant.

Publica duplex fuit: Monarchica seu Re-
gia, & Democratica.

Vtraque suos Seniores seu Senatores ha-
buit, qui in Monarchica seu Regia politia
aliquando Regis servi vocantur, ut Genes.
20.8: & 40.2: & 41.10, 37, & 38: & 45.16: &
50.7: aliquando etiam Seniores seu Sena-
tores, ut Gen.50.7. In Democratica sem-
per dicuntur Seniores, vt Ios.9.11.

Commune fuit vtrique politiæ cogno-
scere de rebus publicis, item & de contra-
etibus inter diuersas familias initis, & de
delictis atque criminibus extra familiam
admissis. Ita tamen ut res leuiores per Re-
gē & Senatores confici potuerint: grauiores
autem ita per Regem & Senatores consti-
tuerentur, ut omnino ad populum referren-
tur, ut appareat ex Gen.23. & 34. & Ios.9.11.
Adde etiam Gen.29.22. Nam nuptiarum
ritus publici iuris fuisse videtur, ut & sepul-
chri. vtrunque enim sanctum & religio-
sum est.

Quibus legibus & à quo institutis hæ po-
litiae administratae fuerunt, non planè con-
stat, si illas exceperis quæ extant initio ca-
pitis noni Genesios. Sed verisimile vide-
tur primos Patres ex verbi Dei interpreta-
tione

tione atque ex ipsis communibus notionibus & præsenti necessitate ciuiles leges sta tuisse (inter quas pono Nuptiarum ritus, Leuirationis ius, & Adulterij pœnam) quæ postea à quibusdam eorum posteris auctæ & suis locis ac temporibus accōmodatæ fuerunt, ab aliis corruptæ & omnino peruerse.

Inde factum est ut quum Abrahamus & Isaacus pro se & suis fœdus iniissent cum indigenis Chananæis, familiæ suæ præfuerint, & ei ex suis Legibus ius dixerint, non ex impurissimis Chananæorum institutis.

Iacobus maiorum suorum fœdere comprehendens eodem illo iure in media Chananæa usus est: item & eius filij, ut constat ex leuirationis iure & adulterij pœna, quæ Ichuda eius filius in sua familia locum habere voluit.

Atque hæc Patrum politia in Chenáan siue priuata siue publica, Monarchica seu Regia fuisse videtur.

C A P V T I I I I .

Hebraorum politia Ecclesiastica in AEGYPTO, & in deserto usque ad Legem latam in Sinai.

 Bi Iacobus eiusque posteri ex Chenáan concessissent in AEGYPTUM, incertum est politianæ eadem usi ibi fuerint tum ciuili

tum Ecclesiastica, qua vñ fuerant in Ché-
náan. Aliquos certè auitæ religionis ritus
retinuisse verisimile est. Circuncisionem
enim obseruarunt, præcésque suas ad Deū
dirigere edocti sunt ab ipso Iacobo. Do-
minus profectò populum suum ex Ægypto
educturus, sūmque genuinum cultum ple-
niūs instauratus, primūm Israelitas reuo-
cat ad illos religionis ritus qui apud eo-
rum maiores inualuerant: cōque pertinet
quod Mosi Dominus ipse præscripsit de-
sertum montis Sinai ad Sacra illic sibi re-
præsentanda, quod & Moses ipse sibi
Pharaoni repetiit. Eōdem etiam spectat,
quod colligitur ex Exodi 18.7,12, & 15. &
33.7. (quibus locis possis adiungere cap.16.
19, & 34.) nimirum fuisse vel tabernaculum
ipfius Mosis, tanquam castrorum Præto-
rium, vel certè quoddā aliud, primūm in ca-
stris, deinde deportatum extra castra, quod
ante alterius illius solennis cōstructionem
vocaretur Tabernaculū conuentionis: pri-
mūm quod cō Dominus cum Mose con-
uenturus erat: deinde quod reliquus po-
pulus & ad Sacra & ad ius, atque adeo ad
consilium ineundum cō cōflucret. Aharon
ergo Exod.16.9. videtur populum admon-
tere ut cō ad Domini præsentiam se fistat:
item & Moses iubens Aharonem phialam
implere

implere collecta manna, cāmque reponere
ibi ante testimonium.

Videtur & eò deductus Iethro, vt ibi illa omnia prodigia audiret, quæ Deus in gratiam populi sui ediderat, ibique Dominum laudaret & verum Deum agnosceret, illaque holocausta & sacrificia (i. pacifica ut interpretatur Aben-Hezra) offerret. Videtur & eò confluxisse ad Iethronem ipse Aharon & Seniores Israël, vt conuiuantur coram Domino, quod & disertè exprimitur.

Videtur etiam ibidem sedisse pro tribunali ipse Moses, vt ius diceret. vnde subiicit populum eò ad se venire sciscitatum ipsum Dominum.

Ex superioribus satis apparet Ecclesiam cogi solitam ad eum locum de quo suprà, vt Deum coleret, & sciscitaretur: illiq; sacra faceret, sacrificiaque offerret, nō solum holocausta, sed & pacifica.

Populum ad illud tabernaculum etiam ex suo cuiusque tentorio adorasse, constat ex Exod. 33.10.

Mosem initio i. ante consecratum Aharonem apud populum sacerdotio functū, certum est, suosque ad eam rem administratos habuisse, nō solum Iosuam, sed & certos iuuenes ex familiis quibusque delectos,

Exo. 18.7,

8, 9, 10, 11,

& 12.

Exo. 19.22,

8, 24.4, 5,

6, 7, 8, 9

quos arbitrantur Hebræi fuisse primogenitos: Imò & sacerdotes quosdam fuisse in populo præter Mosem ex illo fortasse pri-mogenitorum ordine. Quin etiam Moses Exod. 7.1, de Dei voluntate respondit, prophetâque & 13.20 fuit Aharon præterea & Maria. Num. 13.3

C A P V T V.

Hebreorum politia ciuilis in Ægypto, & usque ad Legem latam in monte Sinai,

Ebriæos politiam ciuilem alii quam habuisse in Ægypto apparet ex eo quod Moses in Ægyptum profecturus mandata habet à Domino, ut Seniores ipsos adeat: sicut & eos interpretatur Aben-Ezra Exod. 4.29. ubi definit סֵנֶה Seniores quos aggregarunt Moses & Aharon, eos qui in cõsilium adhibiti fuerant in ætate & ætate. i. anterioribus seculis.

In illo Seniorum cœtu fuerunt quidam סְנִירִים Præfecti (Gallicè Preuosts) ex ipsis Hebreorum popularibus.

סְנִירִים seu Præfecti istiusmodi, videntur fuisse rerum iudicandarū peritiores & consultiores reliquis Senioribus, & eorumdem iudicatarum exequutores: ita ut essent maximæ authoritatis apud ipsum populu, unde & Pharaonis publicani & exactores iis ysi

vsi fint dirigendis Israelitarum operibus.

De numero horum Seniorum & Præfectorum non ita cōstat; sed si conjectura valere potest, videntur Septuaginta fuisse. Num. 11. 16 &c.
 quasi Septuagenarius Seniorum numerus quem Deus in Lege sanciuit, non tam ab eo tum institutus quām continuatus fucrit: sicut & alia quām plurima apud Patres vſitata Deus ad montem Sinai potius confirmauit quām innouauit. Septuagenarij autem istius numeri origo petita videtur ab eo quod tam disertè & tam crebrò in Sacris literis repetitur Septuaginta animas ingressas fuisse in Ægyptum: ita vt & illas tam accurate enumerari existimem, quod cum ab istis tanquam stirpibus omnes familiæ per singulas tribus postea propagatae sint, meritò ab ynquaque earum familia unus aliquis in hunc numerum cooptaretur ad Rempublicam Judaicam administrandam: vt aliquo modo appareat ex commentario Aben-Hezræ qucm paulò antè citauimus. Atq; quod Dominus Exod. 24. 1. iubet Septuaginta ex Senioribus Israëlis ad se vnâ cum Mose accedere, neque exprimit quomodo Moses eos eligat, videatur de re nota agere: quod & ex eo satis arguitur, quod illi Septuaginta vers. II, eiusdem capititis noto quodam nomine & proprio

c. ij.

appellantur אֱצֹוִילְיָהּ בֶּןְיַהֲוֵל Magnates seu Optimates filiorum Israhel. Ita enim omnes interpres Hebrei exponunt vocem illam יְרֹאֵלְיָהּ per אֱצֹוִילְיָהּ. Huc denique eodem profus modo accommodari potest quod Dominus Septuagenarium hunc numerum planè confirmaturus his verbis utitur Num. II.16. Aggrega mihi Septuaginta viros ex Senioribus Israhel, quos nosti quod ipsi (sunt videlicet, vel fuerint iam dudum) Seniores populi & Prefecti eius; quasi ad hoc Seniorum & Iudicium munus uechat eos qui aliquando eo functi fuerant.

Politiam hanc multum fuisse imminutā tyrannide posteriorum Pharaonum verisimile est: vnde Iudiciorum saltem publicorum administratio adempta illis fuerit.

Atque illa prior Hebreorum politia in Aegypto Aristocratica fuisse videtur, vel certe mixta ex Aristocratica & Democratica. Posterior Tyrannica fuit regum Aegypti aduersus eos. Priuatam autem alteram in Aegypto continuatam verisimile est.

Cum Hebrei ex Aegypto excessissent, videntur Seniores quibus tyrannis Pharaonum, iudiciorum publicorum cognitione ademerat, ita ut illis amplius non nisi priuatim, imo & clam, de rebus quibusdam deliberare liceret, castrisibus atque adeò domesticis

domesticis rebus impediti à iudiciis abstinuisse.

Ius igitur à Moše dicebatur, rerumque summa præscribebatur, quæ postea per Seniores & Præfectos populo significabatur.

Atque intermedii istius temporis politia instar Regiae fuit, sed sub Domino: cùm Moses nihil nisi ex ore Domini respōderet.

Hic verò iam Ciuilem politiam Ecclesiasticæ præponimus, quod recens rerū cōmemoratarum tractatio id postularet.

C A P V T V I.

Ciuilis politia apud montem Sinai usque ad ingressum in terram Chanaan.

Qum ergo causarum & iudiciorum multitudine Moses obrueretur, sequutus Iethronis consilium, quod populo etiam probauit, delegit ex populo quosdam Chiliarchos, i. qui præsenter mille familiis, Centuriones qui centum, Quinquagenarios qui quinquaginta, Decuriones qui decem, & de earum causis minoribus & leuioribus cognoscerent.

Plures fuisse Chiliadas in eadem tribu constat ex Iud. 6.15: & Mich. 5.1: & 1. Paralip. 12.20.

Eos Moses appellat passim in suis libris,
c. iiiij.

Capita patrum, Capita tribuum, Principes, Capita milium, & Vocatos cætus.

In illis præcipui fuerunt tredecim summi principes tredecim tribuum. Vnde & illa nomina aliquando vel hi soli habent.

Inde etiam factum est ut hi aliquando soli ad cognitionem aliquam delegarentur. Num. 31. 28, & 34. 17. & Ios. 22. 14.

His Iudicibus Moses adiunxit suos Præfectos, vel certè eos ex eorum numero designauit, ut videtur innuere institutio Septuaginta Seniorum.

Cum verò nec sic quidem maioribus & difficilioribus causis dirimendis Moses sufficeret, Dominum exorat ut adiutores habeat. Dominus igitur Mosis præcipit ut Septuaginta viros deligat ex his Senioribus Israel quos Seniores populi esse nouisset eiisque præfectos, eosque ad Tabernaculum ostium deducat, ut illis Mosis spiritum communicet. Hoc exequitur Moses. Ergo Senatus istiusmodi ut constituit ex Senioribus & Præfectis magis probatis (quippe qui videntur illi fuisse qui iam hoc munus obierant in Ægypto (ut supra coniecimus) & ad Mosis prouinciam Ieuandam comparatis, videtur de grauioribus iudiciis cognouisse & de Reipubl. summa ita statuisse, ut haberet etiam suos Præfectos, imo & summū

Num. 11.
16, &c.

caput

Caput ipsum Mosem.

Horum numerum præcism faciunt quidam Septuaginta duorum, quasi seni descripsi fuissent ex duodecim tribubus: ex quibus tamen Moses duos reliquerit in castris, quod Dominus septuaginta duntaxat adduci iussisset. Alij faciunt Septuaginta vniuersitate fortasse quod Iudicum numerus impar esse debeat. Atque huic numero vulgo Hebrewi subscribunt, qui suum Synedrion vocant de nomine Septuaginta vniuers. Hi vero numeri satis commodè hoc modo conciliari possunt. Cum enim Dominus diserte Septuaginta ad se aggregari iubeat, verisimile est primùm Septuaginta duntaxat fuisse: quibus Moses ad cœtum moderandum additus Septuagesimum primum effecerit, summus vero Sacerdos de iure responsurus, Septuagesimum secundum.

Numerus Septuaginta duorum etiam ex Numerorum 26. sic initus dici potest, ut primū subductis ex numero familiarum iis quæ à primis patribus denominantur, & in earum locum substitutis familiis quæ ab illis præcipuis stirpibus deductæ sunt: ut verbi gratia, expuncto Galaaditarum nomine, & in eorum locum substitutis Iezeritis & Chelkitis, reliquas supputemus numero quinquaginta nonrem: quibus additæ

40 DE POLITIA
dicantur tredecim summi Principes 13 tri-
buum.

59

13

72

Et quia cesus ille 26, Num. actus est post
lectos istos iudices, & maximas clades in
populo editas, si alterū numerum népe Se-
ptuagenariū amplectamur, recurrendū erit
Gen. 46.8, ad Genes. 46. quo loco melius numerus ille
&c.
cōstabit. Sic igitur inde numerus hic Se-
ptuagenarius iniri potest, vt loco Iacobi &
duodecim filiorū eius assumātur tredecim
summi Principes tredecim tribuū, deinde
ex vnaquaq; nepotū ipsius Iacobi illic de-
nominatorum familia aliquis vnum desum-
ptus dicatur. In locum Dinæ filiæ Iaco-
bi, & Saræ filiæ Aser, substituti dici possunt
aliqui ex posteris aliorum capitum: vel cer-
tè per se caput fecisse duarum familiarum
quæ sint ab ipsarum maritis denominatæ.
Num. 27.1 sicut filiabus Tsalphachad accidisse oportet : utpote quæ in paternam hæreditatem
&c.
deficientibus fratribus successerint. Por-
rò ad supplendum numerum horum ca-
pitum, his qui moriebantur absque poste-
ris, verisimile est substitutos sc̄mpre fuisse
aliquos ex proximis.
Ergo, vt ad rem redeamus, de causis le-
uioribus

uioribus cognoscebant primūm Chiliar-chi, Centuriones, Quinqagenarij & Decuriones vnā cum suis Præfectis, quisque in sua Chiliade, Centuria, Quinquagenaria & Decuria: deinde siquid grauioris negotij suboriretur, res tota ad Septuaginta eorumque Præfectos referebatur.

Hi ut plurimūm praesente Mose de rebus decernebant. Imò & ipse Moses aliquando solus de rebus grauissimis ex Dei responsis statuebat.

Peculiares isti Senatorum cœtus, cùm Chiliarchorum, Centurionum, Quinquageniorum, & Decurionum vnā cum suis Præfectis, tum ipsorum Septuaginta Seniorum, propriè ηγέροις vocatur, id est, Cœtus statis horis & locis aggregari solitus: atque etiam ηγέροις. i. Seniores: imò & ηγέραις Iudices. Hic ergo duplēcēm ηγέροις seu ηγέραις & ηγέραις constituimus Septuaginta & viius videlicet, deinde & Chiliarchorum Centurionum, Quinquageniorum, & Decurionum. Atque sic Aben-Hezrá Num. 16. 25. putat ipsos Septuaginta nomine Seniorum intelligi: item & nomine ηγέραις. i. Vniuersi cœtus, Nume. 27. 21. quod disertiūs exprimit R. Schelomoh. Sic certe nomen ηγέροις. i. Cœtus de Septuaginta & uno Senioribus vel de Chiliarchis, Centurionibus,

&c. accipiendum videtur Nume. 15. 24, &c.
vt locum illum concilies cum Leuit. 4. 13.
Et certè sacrificiorum diuersitas diuersam
peccati specie arguit. Vide & infrà ad cap.
8. vbi historiam expeditionis aduersus Ben
iamitas suscepimus tractabimus. Chiliarchos,
Centuriones, &c. de illis nominibus appell
atos esse constat ex Num. 25. 7, & 35. 12, &c.
ac Iosue 20. 4, &c. & aliis locis. Vniuersalis
autem ciuium cœtus. i. illi omnes qui ingre

Deut. 25. 3. dicbatur נָשָׁרְלָה. i. agmen Ichouæ, hoc est,
& aliás. omnes illi qui ita iure populi Israelitici do
nati fuerant, vt in populo Dei censeri pos

Exo. 12. 6. sent, simul aggregati vocabatur נָשָׁרְלָה. i. agmē,
& j. & a. aut etiā שְׂדֵת יִשְׂרָאֵל נָשָׁרְלָה. i. vniuersus cœtus Is
raelis.

Exo. 12. 19. rael, aliquando etiam simpliciter נָשָׁרְלָה. i. cœ
& aliás. tus: aliquando & נָשָׁרְלָה. i. vniuersus cœtus.

Leu. 5. 4. Cæterūm quemadmodum isti Senato
rum cœtus vel scorsim aggregati, vel etiā
simul, sed absentibus populi Israelitici o
mnibus ciubus, populum ipsum semper
repræsentabant, ita & vocantur aliquando

1. Chron. 12. 23. נָשָׁרְלָה. i. agmen, & נָשָׁרְלָה. i. vniuersum
& 4, agmen Israelis, itē & נָשָׁרְלָה. i. vniuer
& 29. 1

1. Reg. 8. 5. fus cœtus Israel, imò & נָשָׁרְלָה. i. Vniuersus
& 2. Chro.
5. 5, & 1.

Chro. 13. 4. populus. Vide infrà sub finem capit. II.
Hæc autem politia eodem modo tem
perata videtur, quo dicitur Lacedemonum
illa perfectissima, ita vt Moses Regiam
quodam-

quodāmodo potestatem habuerit, sub Dei tamē veri tunc & vnicī Israclitarum Regis, auspiciis. Septuaginta verò, Chiliarchis, Centuriones, Quinquagenarii, & Decuriones Aristocraticam: Ciues autem qui Ἰου. i. agmen conficiebant, Democraticam.

Leges ex quarū præscripto ius dicebatur Iudeis, fusissimè à Mose describūtur.

Eas si quis digerere velit, commodissimè præstare illud poterit, si sequatur decem summa ipsa præcepta, quæ reliquarū legum fontem vocare possis.

C A P V T V I I .

Politia Ecclesiastica apud montem Sinai, usque ad ingressum in terram Chenāan.

 Olitia Ecclesiastica quæ ad montem Sinai ab ipso Deo tradita est, habet Leuitas ipsos in genere, & in illis Sacerdotes primūm, deinde & reliquos Leuitas.

In sacerdotibus erat Summus quidam.

Erant & Secundarij: onines videlicet alij à summo Sacerdote.

In secundariis duo maximè fuerunt illustres. Vnus erat totius ordinis Leuitici, atque adeò Principum cuiusque familiæ Leuiticæ caput quoddam, qui in Leuitarum præcipuorum (quales erat Caathitæ) pro-

uinciam intentus erat. Erat & huius Legatus qui in inferiorum Leuitarum prouincia & diligentiam inquirebat.

Summi sacerdotis erat semel in anno Adytum Sanctuarij ingredi, respondere de Dei voluntate indutum ipso Ephod. Atq; eiuscmodi fuit Aharon.

*Num. 3. 32
& 4. 16* Capitis & ducis Leuitarum erat inspicere & inquirere in Leuitarum diligētiam in obsequiis muneribus, sed præsertim Sacerdotum reliquorum & Caathitarum, curare oleum Luminarium, suffitum aromatum, Mincham iugem, & oleum vñctionis. Atque eiuscmodi fuit Eleazar viuente Aharone. Legati illius erat inspicere & inquirere in munus Gersonitarum & Meraitarum. Eiuscmodi verò fuit Ithamar.

*Num. 4. 28
& 35*

Atque duo isti inter alios secundarios magis illustres ex hoc etiam eorum insignia munere, ita ad Ædis sacræ curationem cum Summo ipso sacerdote coniunguntur, ut vna cum eo Duces Ædis sacræ dicantur. Vide quæ infrà cap. 15. notabimus, ad Iosicæ tempora, item & cap. 18. sub initium.

Commune omnibus sacerdotibus officiū erat docere, precari, & offerre ac proinde sanctuarij vasa adornare & instruere.

Docendi munus vel nudam verbi Dei explicationem spectabat, vel coniunctam etiam

etiam cum Iurisdictione.

Iurisdiction vel nudas reprehensiones, vel
cas coniunctas cum Legis Sanctione.

Legis Sanctio triplex ex Legis ipsius in-
terpretatione à veteribus Rabbinis deri-
uata est, longè ante Legem Patribus pro-
bata, & postea ab Apostolis rata habita.

Prima est **אָוְרָסָה** Auersatio, Amolitio &
Amandatio, quando videlicet Sacerdotes,
aliquem immundum tanquam abominan-
dum aliquid & detestandum auersabantur,
amolicabantur & amandabant ab hominum
contubernio, atque adeò ab ipsius Taber-
naculi aditu, ad tempus à Lege præscriptū.
Quinetiam inde aliquis vltro ex hac Auer-
satione & Amolitione exulare debuit, vbi
se immundum nosset, toto illo tempore
quod à Lege præscribebatur.

Huiuscemodi autem erant omnes im-
mundi ex Legis præscripto quoquo modo
immundi, & ad quodcumque tempus, vel e-
tiam lepra illa de qua in Lege, infecti.

Secunda est **מִגְעָן** Deuotio extremo cui-
dam exitio, Excommunicatio, quando vi-
delicet aliquis excidi dicebatur ex popu-
lo suo, & in eo amplius non censeri (vt iam
suprà exposuimus) ex maiore aliquo deli-
cto, atque hoc puto esse **אַמְרָתָרָא גָּזֶבֶר** fieri.

Tertia est **שְׁנָאָה** vel **שְׁנָאָה** Adiudicatio

ad mortem Æternam, Anathema, quando videlicet aliquis antea excommunicatus non resipisciebat, vel etiam sese aduersus admonitiones obfirmabat, vt manifeste de eius salute desperaretur, vt & iam suprà attigimus,

Primæ illi speciei respondet quod in Ecclesiis nostris vocamus prohibitionem seu suspensionem à Sacramentis: secundæ Excommunicatio publicè facta: tertiaæ Anathema, cuius vt non ita semper nota est nobis ratio, usus est etiam rarissimus. Huic postremo Anathemati deuotus est ab vniuersa Ecclesia Imperator ille Romanus, Iulianus Apostata: ita vt postea preces non pro eo, sed aduersus eum conciperentur. atque hinc fit vt huic Anathematis generi deuotus videatur à Paulo Alexander ille faber ærarius: item & illi qui Galatarum Ecclesiam inturbabant.

2.Tim.4.

14

Gal.5.12

2.Cor.5.13

1.Tim.2.

20

Mediaæ speciei exemplum extat in Corinthio illo incesto: item & in Hymenæo & Phileto: item & in Imperatore Romano, Theodosio.

Primæ tribuo quod scribit Paulus 1. Corinth.5.9. item & 2.Thef.3.6. & quod vulgo in Canonibus Ecclesiasticis veteris Ecclesiæ dicitur ἀροτρός.

Leuitarum erat stante Tabernaculo vi-
dere

dere ne quis impurus aut etiam alio quo quis modo indignus, in illud ingredetur. Sacerdotibus adesse ad eos iuuandos in aqua lignisque asportandis ad Tabernaculum, & in decimis recipiendis,

Vbi deportandum erat Tabernaculum, quæ esset

Gersonitarum prouincia, & onus, itē & Caathitarum, item &

Meraritarum, fusissimè describitur Nu
mer. 3.25, &c. item & 4.4, &c.

Leges verò ex quarum præscripto hæc omnia gerebantur & administrabantur, ex tant sparsæ per libros Mosis ad Decē itidem præcepta reuocandæ.

C A P V T VIII.

Politia civilis sub Iosua.

 Tque h̄ic aggredimur Ciuitatem Hebræorum politiam seorsim pertractare, eodē contextu Ecclesiasticam postea subiunctu-
ri. Et certe tempore quo Iosue bella aduersus Chananæos gessit, durasse videtur ordo ille qui à Mose obseruatus fuerat.

Iosuc igitur ita Mosis prouinciam obiit, Ios. 1.10;
vt per Præfectos præciperet populo cura-
rent viatici quantum sufficeret ad Iordanē
intra tres dies traiiciendum: deinde Rube-
&c.

nitas, Gaditas, mediosque Menassitas ad officium præstandum fratribus (i.e. reliquis aliis tribubus) quale Moysi promiserant. Postea designauit speculatores ituros Ierichuntem, præscripsit sacerdotibus & reliquo populo quid ad Iordanem faciendū esset , populum circuncidit , Sacerdotibus populōque ex Dei mandato præscripsit quomodo Iericho expugnāda esset. Ea expugnata speculatores misit aduersus Hai, ex clade accepta, forte (Deo monente) deprehendit quis in interdicto fuisset prævaricatus , eum ad peccati agnitionem interposito Dei nomine adduxit, Hai expugnauit , Deo altare ædificandum ad montem Hebal , ibique holocausta & pacifica offrenda curauit, & Lege publicè lecta coram omnibus , benedictiones & maledictiones pronuntiandas.

Quin etiam cùm Gabaonitæ in Israelitarum castra venissent, dicuntur cum Iosua inconsulto Domino fœdus iniisse, & eo auctore summi principes cœtus , tredecim videlicet , fœderis iuriandum concepisse, ex cuius iuriandri religione eos à populi furore ipse Iosua liberavit, totiusque cœtus , atq; adeò altaris sacri eos lixas & calones constituit. Ex quo intelligitur cœtum illum ex præcipuis senioribus compositum.

positum nomine totius populi agere potuisse.

Iosua denique ex Mosis præscripto terram dispertitus est.

C A P V T I X.

Civilis politia Hebræorum iam missorum in possessionem terræ Chenāan, usque ad exilium Babylonicum: & primum quidem sub Iudicibus.

 Ertum est Hebræos iam missos in possessionem terræ Chenāan, non solum ea obseruasse quorum usum unum cum præceptis à Mose acceperant: sed & ea etiam quorum præcepta duntaxat habuerant, usum verò nullum propter deserti incommoditatem, ad praxim reuocasse.

Præcepta quæ ad eam politiam spectare videntur, continentur Deut. 16. vers. 18, 19, & 20. & totis cap. 17. 18. & 19. atque aliquot locis Exodi & Numerorum atque a deo ipsius Leuitici.

Ciuilem ergo suam politiam ita exegerunt ad capita illa, ut unaquæque ciuitas suos haberet Seniores seu Senatum suum cōstantem ex Chiliarchis, Centurionibus, Quinquagenariis, Decurionibus & Præfectis.

d. j.

Quot fuerint in vnaquaque ciuitate Seniores non planè constat, nisi coniectura hæc valere debeat: tot fuisse, quot erant in quaque ciuitate Chiliarchi, Centuriones, Quinquagenarij & Decuriones.

Iosephus lib.4. Antiq. Iud. cap.6, septenarium numerum horum Iudicium præscribit, quod fortasse sui temporis rationem habuerit.

Talmudistæ quidam ut inferiora iudicia in pecuniaria & capitalia diuidunt, pecuniariis tres iudices præficiunt, capitalibus virginis tres. Sed & de his infra fuisse agemus.

Iosephus ibidem, septenario illi Iudicū numerō duos ~~unum~~. i. Præfectos quales definiuimus, Leuitas adscribit.

Et certè ex his quæ à Davide & Iosephato gesta sunt in restituēdis iudiciis, verisimile est Præfectos iudicibus asseditis Leuitas, sed de numero non ita constat, nisi ex illis Talmudistarum traditionibus dixerimus, videri fuisse tres Leuitas, qui primùm ita de causis pecuniariis cognoscerent, vel certè duos Leuitas cum aliquo uno ex loci seu urbis Senioribus, qui inter alios emineret, ita ut *σερτης* seu Prætor dicetur: atque hi postea adiūcti viginti Senioribus de causis capitalibus statuerent.

Certè ex 4. capite libri Ruth versu 2. videtur

detur plures Seniores fuisse quam septem, cum dicatur Boaz assumptissime decem ex Senioribus urbis Bethlehem qui de causa redemptionis & levitationis cognoscerent.

Prorsus est extra controversiam iudices municipales cuiusque ciuitatis, ut vocantur Seniores, fuisse Chiliarchos, Centuriones, Quinquagenarios & Decuriones, tot quot esse poterant in quaque ciuitate, ita ut ex illis etiam Leuitae quidam in Praefectos assumerentur, si modò in ea aliquot erant Leuitae: sin minus ex proxima urbe Levitis assignata aduocabantur.

In qualibet tribu suum fuisse summum & præcipuum ducem satis constat, qui in sua ciuitate etiam ex Chiliarchis esset.

Summus præterea fuit in toto, & ex toto populo Senatus, qui constabat ex septuaginta & uno Senioribus ita lectis ut ratio temporis ferre potuit. Nam ante secessio nem decem tribuum verisimile est lectos fuisse ex familiis illis Septuaginta illorum qui in Aegyptum ex Chenan descendebant, & ex his quæ in earum locum substitutæ fuerant, ut suo loco diximus.

Quinetiam ut res postulauit omnium tribuum patresfamilias ad solennes conventus coierunt.

Ergo ut ad Iosuæ temporare redeamus vi-

d. ij.

detur optimè Iosua ex Legis Mosaicę prescripto constituisse iudicia ex his quæ scribuntur Ios. 23.2. & 24.1. Ibi enim ubi de solennibus conuentibus agitur, primū omnes tribus Israelitarum seu omnes Israelite, hoc est patres familiās omnes omnium tribuum, qui vel ciuitatis iure donati fuerant, vel ciues etiam erant, ponuntur: deinde Seniores, hoc est Septuaginta: postea capita Israe lis, hoc est tredecim tribuum summi tredecim duces. Postremò Iudices & Præfecti, hoc est cuiuslibet ciuitatis Iudices ordinarij, qui ex Chiliarchis, Centurionibus, Quinquagenariis, Decurionibus & Præfectis cuiuslibet ciuitatis constabant.

Post mortem Iosuæ videtur durasse ciuilis ista politia, præsertim quo tempore Seniores illi superstites fuerunt, qui opera Dei in ipso deferto viderant, ex quorum numero fuisse videtur Phinees, cuius ætate gestum est bellum aduersus Beniamitas.

Ergo eius tempore dicuntur ita conuenisse omnes Israelitarum tribus ad Mitspa, ut ciues præcipui à suis Chiliarchis, Centurionibus, &c. priùs admoniti & aggregati ad נַפְרָה. i. agmen seu vniuersalem ciuium cœtum, bellum Benjamitis inferendum cōcluserint, illudque terminarint: atque solenni iureiurando promiserint se Benja-

Benjamitis filias non elocaturos.

Illi iidem omnes ciues de restituenda tribu Benjamitica agunt.

At נַבְנִי. i. Chiliarchi omnes, Centuriones, Quinquagenarij, Decuriones & Præfecti, bellum aduersus Iabesitas decernunt, & in eam expeditionem mittunt, 12000. milites. Schlores autem. i. altera נַבְנִי, nimirum Septuaginta & vnus, inito bello illo, cōsiliū dant de rapiendis virginibus Siloitarum.

Cœtu autem illo significari illos Septuaginta & vnū Seniores apparet ex eo quod subiiciunt se pacaturos Siloitas, si quando apud se de illo raptu Siloitæ Benjamitas appellent.

Igitur totius illius historiæ, quod attinet ad hoc nostrum institutum, ea videtur series fuisse: Leuita suæ cōcubinæ frusta duodecim ad omnes duodecim tribuum fines & regiones seu vrbes mittit. Cuiusque vrbis Seniores seu Iudices hoc est Chiliarchi, Centuriones, Quinquagenarij & Decuriones, consilium super hac re ad suos ciues referunt. Ex composito vniuersale concilium indicitur ad Mitspa, ad quod omnes tribus Israel quæ ibi vocantur anguli populi. i. Satrapiaz & Tribus, &c. exceptis Iabesitis, se sistunt. Ad sunt ergo Israélitarum satrapiaz quæ tribus aliâs dicuntur, ad נַבְנִי. i.

d. iii.

agmen seu concionem vniuersalem populi Dei ad 400000. In concione illa generali rem narrat Leuita. Re audita populus decernit legationē ad omnes familiās seu pagos Benjamitarum, vt sceleris authores dedant. Benjamitæ se potius ad bellum comparant. Israelitæ iuriurandum concipiunt de non clocādis filiabus apud Benjamitis, futurūmque bellum ita disponunt, vt sorte Chiliarchum unum ex decem milibus feli-
gant, centum ex mille, & decem ex cen-
tum qui rei frumentariæ curam habeant.
Consilium à Deo petunt apud Siloh quæ
tribus prima pugnatura esset. Respondet
Dominus tribum Iehuda hoc præstitaram.
Bello finito populus rursus cōuenit apud
Dominum. Pœnitet eum iurisiurandi. Lu-
strato exercitu nullus ex Iabesitis Benja-
mitico bello interfuisse deprehenditur.

¶.i. Cœtus, hoc est Chiliarchi, Centu-
riones, &c. aduersus Iabesitas bellum de-
cernit, & aduersus eos 12000, virorū mit-
tit. Redeunt illi victores, adducuntq; puel-
las virgines ex Iabesitis 400. Sed cum ha-
non sufficerent Beniamitis, populum ad-
huc magis pœnitet dissipatæ illius tribus.
Eodem ipso tempore Septuaginta & unus
decernunt Siloticarum virginum raptum.
Verisimile enim nō est Chiliarchos, Cen-
turiones,

turiones, &c. Siloitarum hoc decretum paſſos fuiffe, ſi adfaſſent.

Sub finem illius historiæ ſubiungitur hęc ita euenifſe quod nullus eſſet ḥ. i. rex quę reuererentur Israelitę, & ad quem conſu- gerent, vel priuatim vel publicè laſi. Regis autem nomine intelligi videtur Guberna- tor & dux quilibet, qualis fuerat Moſes, qualis etiam fuerat Iofua, quales denique fuerunt Iudices, qui poſtea excitati ſunt. Atque eo ſenu ſumitur Deuter. 33.5. Vult ergo Scriptura indicate non fuiffe ullum aliqum ducem illis temporibus qui Hebræis omnibus imperaret, cōſque in ordi- nem cogeret, & moneret officij, ſicut Moſes & Iofua fecerant, quémque Hebræi o- innes audirent, & cui parerent: denique qui omnes tribus in officio contineret, ita ut vim publicè illatam vindicaret, ſcortatio- nēſque & idololatrias puniret. Vnde factū eſſet ut potiū quæque tribus, imò & vrbes quæque, quin etiam priuati quique vbique multa patrarent dictu horrenda, quæ pu- blicè non vindicarentur.

Conciderat nimirum maxima ex parte facies illa elegantissima Sanctæ Reipubli- cę, quæ emicuerat temporibus Moſis & Iofuę: ita tamen ut non prorsus extincta eſſet. Remaſerunt enim in vnaquaque ci- d. iiiij.

uitate sui Iudices & Seniores , nimirum Chiliarchi, Centuriones, &c. vt appareat ex Iud. 9.6. vbi fit mentio בָּנֵי־בָּנָי שְׁבָט וּכְלַבּוֹת omnium dominorum (Gallice Seigneurs) Sichem & totius familiae Millo, hoc est, principum ciuitatis qui eam regabant, & vniuersi cœtus ciuium (ita enim interpretor פִּיהָמָן) Sichemitarum : & ex capite 10. vers. 18. vbi dicitur vniuersus populus. i. omnes ciues & capita familiarum ipsius Ghilhád vnâ & Principes Ghilhád , quisque proximo suo , &c. Capite 11.8. illi iidem principes dicuntur Seniores Ghilhád. Sicut & cap. 8.14. iidem videntur dici Principes & Seniores Succóth. Atque hæc melius etiam constant ex Ruth 4.

Principes istiusmodi seu Seniores ita populo blâdiebantur, vt multa officij sui pretermitterent: quod satis appareat ex tota historia Iudicum , ex qua constat Dominum ita populi idololatriis offensum fuisse, vt populum sæpius admonuerit per Prophetas, deinde etiam correxerit per Chananæos.

Dum Chananæi Hebræis dominarentur , videntur duntaxat rerum summam & summum quod vocant imperium , in Hebræos habuisse. ita vt Chananæi imperio summo seu potius tyrannico, & tributis essent contenti: politiam vero reliquam Hebræis

bræis relinquerent, tanquā municipale ius.

Cūm Chananaorūm tyrannide oppri-
merentur Hebraei, dicuntur ad Dominum
clamasse qui illis Iudices excitauerit.

Iudices istiusmodi quasi miraculo quo-
dam à Deo ipso legebantur & excitaban-
tur, vt populum in pristinam suam liberta-
tem assererent, & quasi dictatores quidam
Hebraorum essent, ita perpetui, vt præci-
puè de conseruanda populi libertate co-
gnoscerent & decernerent, eique quæ ge-
renda essent, præscriberent, vt Iudicandi
verbum interpretari videtur Iosephus An-
tiq. Iud. 13, 2. & 3. Vide & infrà cap. 13. ad tē-
pora Ionathæ Maccabæi.

Tempore igitur belli, autoritate vale-
bant maximè, ita vt post dimissos milites
priuati viuerent, vt appareat ex bello aduer-
sus Iephiam ab Ephraimitis gesto: quod
cūm finitū esset, nusquam legimus Iephā
sibi ius ordinarium attribuisse in reliquum
populū: quanuis ille tale aliquod ius sibi sti-
pulari à suis popularibus visus fuisset. Imò
etiam Gedeon cūm populum liberasset,
oblatam sibi potestatem Regiam repudia-
uit, & prædam ex populi manibus recepit.
Quod autē de Achimelech narratur, pror-
sus tyranicum fuit, neque communi Israe-
litarum consensu comprobatum.

Nonnunquam tamen etiam de politicis rebus consulabantur, quarum videlicet decisio difficultis esset. Vnde populus dicitur accurrisse ad Deboram iudicij ergo. Hinc fit ut iudices dici potuerint per Antonomasiam, quod de grauioribus & difficilioribus rebus indicarent, & de rerum summa decernerent, tanquam summi & supremi magistratus, qui que summum illud imperium quod Chananei usurpassent, sibi assertarent: saltem cum ipsis Septuaginta, quorum cœtum & actiones dirigebant.

In illis Iudicibus præsertim posterioribus quamplurima semper desiderata sunt, ita ut res paulatim in peius ruerent. Satis enim se suum feeisse officium putabant, si populam in pristinam libertatem assertarent, de Iudiciis parum solliciti fuerunt.

*1. Sam. 7. 15
&c.*

Cum igitur satis diu iacuissent iudicia, restitui cœperunt à Samuele. Dicitur enim domi suæ in Rama iudicasse Israelem, imo & singulis annis circuisse Bethel, Ghilgal & Mitspah, & illis locis iudicia dictasse Israeli.

Cum antem consenuisset Samuel, nec posset amplius iudiciis exercendis eo modo quo cœperat, sufficere. i. per agrandis illis regionibus, expertus illud summi esse laboris, filios suos duos ita iudiciis prefigit

ficit, ut vna cum illis etiam ius redderet. Ipse igitur Samuel in Rama domi suæ manebat, ibi de iudiciis responsurus, illis qui eum consulebant. Suos vero filios dicitur statuisse in Beerscheba, ut ibi etiam ius dicerent. Videtur videlicet bipertito Iudeæ distribuisse, ita ut causæ eorum qui habitabant à Dan ad montem Ephraim usque apud Rama ad ipsum Samuelem referrentur. De aliis vero à mōte Ephraim ad Beerscheba ipsius filij cognoscerent.

Cæterū cùm filii Samuels iudicia peruerterent, corrupti sordidi lucri cupiditate, Seniores, i. Chiliarchi, Centuriones, &c. hoc est inferiores omnes iudices ad Samuel conuenerunt rogaturi ut illis regem talem crearet qualem habebant reliquæ gentes: postquam iam illi per senectutem non liceret munus iudicis obire, ciusque filij eius viam non insisterent. Regem enim se postulare qui populi causas iudicaret, eiusque pælia moderaretur.

Samuel hanc rem ægerrimè ferens ad Dominum retulit, qui Prophetam suū consolatur, populūmque ab hoc instituto dehortari iubet, proposito Regis iure planè tyrannico.

Vbi vero populus pertinaciter obfirmasset se in petēdo rege, Propheta ex Dei

iussu regem designat Saulem.

Atque superioris temporis Iudicium, dūplex videtur fuisse politia, mixta videlicet illa quæ lege Mosaicæ delineatur, quandiu sui iuris fuerunt ipsi Israëlitæ: deinde Tyrannica, quandiu Chananaëis seruierunt, ita tamen ut Aristocraticum quoddam ius, nō tamen prorsus liberum habuerint.

C A P V T X.

Politia ciuilis Hebraorum sub Regibus usque ad secessionem decemtribuum.

 Vum sortitò creatus fuisset Saul, & regno inauguratus à Samuele, fuerunt qui detrectarēt imperium Saulis. Inde factum est ut priuatus aliquandiu vixerit, & prorogata fuerit administratio & authoritas Samuelis, primùm in ductando exercitu per aliquod tempus, deinde in respondendo de iure iis qui ad ipsum ventitabant: unde discretè dicitur Samuel indicasse Israëlem omnibus diebus quibus vixit.

Saul enim quandiu sapuit, Samuelis consilium & autoritatem sequutus est, sicut apparent ex bello aduersus Amalechitas gesto: postea verò Samuelis ipsius abdicationem denuntiantis voce irritatus, & à Deo derelictus, Samuelem quantum in se fuit,

&

contempnit ipse , & ab aliis contemni voluit: qui tamen Prophetarum collegia perrexit moderari , & nulli ad se aduenienti , & de verbo Dei sciscitant defuit. Quamobrem etiam illum populus mortuum publicè luxit & sepeliuit.

Mortuo Saule scissum fuit regnum , ita ut per duos annos Isboscheth imperauerit reliquis tribubus à Iehuda , Dauid vero soli tribui Iehuda : atque tum maximè cœpisse videtur distinctio Hebreorum in Israelē & Iehuda. Tribus enim omnes præter Iehuda , quę Isboscheth sequebantur , Ifrael dici cœperūt , vt apparet ex 1. Reg. 1.35.

Quod enim scribitur 1. Sam. 11.8, ex Israel trecenta milia recensita fuisse , ex Iehuda triginta milia , illud ita exponendum est , vt quia tribus Iehuda primas inter reliquias alias tribus obtineret , & Dei benedictio in ea maximè clucesseret , ipsa etiam primo loco recenseretur , & eius numerus ab aliarum censu eximeretur.

Quod vero scribitur 1. Sam. 18. 16, universum Israelem atq; adeò Iehuda amasse Dauidē , ita explicandū videtur , vt dicamus Omnes quidem Israelitas amasse Dauidē , sed præter cæteros , eos qui erant ex tribu Iehuda .

Cum Dauid omnia domi compofuisset &c.

^z Sa. 8. 15.

non solum dicitur iudicasse populum tempore belli, sed & pacis. Atque ut ordine omnia ficeret, hos constituit sibi in administra Israeltarū Republica ministros, nimirum Ioabum Magistrum equitum atque adeò totius exercitus: Banajam filium Iehojadæ, Præfectum Cheretæorum & P lethæorum. i. custodiæ regiæ, quæ ex veteranis ita appellatis constabat: filios suos iam grandiores legatos suos in exequendis mandatis regiis: Iosaphatum filium Achiludis, à commentariis. i. conscribendis historiis: Serajam verò Scribam. i. describenda legis & explicanda peritum: denique Tsadotzum & Abiatharem (qui & Achimelech & Abimelech dicitur) sacerdotes, ita ut semper summus sacerdos à Dauide agnosceretur Abiathär, & tanquam summus Sacerdos, curaret Ierosolymis Arcam Domini, Tsadotzus verò primarius inter reliquos omnes sacerdotes cōstitutus præficeretur Tabernaculo Dei in Gabaon, sic que paulatim restitui inciperet dignitati, à qua eius maiores exciderent, & quam tandem recuperavit abdicato Abiathare. qua de re infra vbi de Ecclesiastica politia disceremus, pleniùs à nobis dicetur. Post bellum autem civile Absahalom filij, videtur Dauid noluisse amplius filios legatos suos esse

esse in exequendis mandatis regiis, sed eorum loco habuisse Iram Iairiten: nouum etiam creasse scribam Sciam: imò & Adoniramum tributis exigendis præfecisse.

David porrò iudicia municipalia penitus in suum pristinum ordinem & usum non nisi sub postrema regni sui tempora restituit, quod impeditus bellis & variis negotiis contentus fuerit iudiciis illis, quae magna ex parte collapsa, utcunque in singulis vrbibus & tribubus perseuerauerant iam inde à Iosuæ temporibus. ita tamen ut ad cum grauiores cause atque adeò prouocationes referrentur, ut appareat ex 2. Samuel. 15. 2.

Tandem verò aliquando hanc etiā Rei-
pub. partem instaurauit, ita ut numeratis Leuitis vaga & incerta eoru munera cùm in Sacra seu Ecclesiastica politia, tum in ciuili firma statuerit.

In ciuili politia dicitur ex Leuitis destinasse Iudices & Præfectos sexies mille.

Ex Leuitis Iudices & Præfecti assumpti sunt hac ratione ut primū essent ex Leuitis quidā qui assessores essent Iudicium ordinariorum & municipalium qui Seniores dicebantur: qui & aliquando de plano (ut vulgo loquuntur) iudicarent de rebus leuioribus quales erant pecuniariæ, vel soli,

vel assumpto yno aliquo ex loci seu urbis Senioribus: deinde ut essent etiam quidam alij qui iudicatas res exequerentur: vel certe, quod verisimilius est, qui assessores erat iudicum ordinariorum, illi iidem & de rebus pecuniaris cognoscabant & rem iudicatam exequebatur. Statuit igitur vt Chonenias eiusque filii (seu posteri) designaretur in Iudices & Praefectos ad opus externum (i.e. extra sacra illa munera quae in Aede Domini seu Tabernaculo sacrificiis faciendis erant necessaria) super Israele. i.e. apud Israelitas qui habitabant cis Iordanem exceptis tribibus Iehuda, Benjamin, & Simeon. Horum numerus non prescribitur.

Statuit etiam ut ex Hebronitis Hасabias eiusque fratres praesentent Occidentali plagae latere, seu (ad) latus Iordanis (hoc est cis Iordanem) tum in negotio Domini, tum in seruitio seu ministerio & obsequio regis, Gall. *pour le service du Roy.* i.e. in negotiis quae ad regiam administrationem seu politiam ciuilem pertinebant, ut apparerit infra. Haec autem Occidentalis plaga complexa est tribum Iehuda, Benjamin & Simeon: quae tribus ex his quae sunt cis Iordanem, Occidentales sunt, alias autem quae Israeli tribuuntur Septentrionales.

Hасabias eiusque fratres numerantur
mille

*1. Chron.
26.29*

mille septingenti.

Statuit etiam ut ex Hebronitis, Ierici, totius cognationis principis fratres seu proximi agnati, ad bis mille septingentos, praesent Rubenitis, Gaditis, & mediae tribui Menassitarum ad quamlibet rem Dei, i. Ecclesiasticam, & ad rom. Regis. i. ciuitem.

Ex eadem ergo familia adhibiti sunt ad regendam Ecclesiam, & ad politiam ciuitatem gubernandam: ita tamen ut nulla esset vniuersque politiae confusio & permixtio: ut etiam apparebit ex his, quae a Iosaphato restituta sunt. Videntur igitur & tum, ut iam inde a Iosua temporibus, fuisse confessus quidam Ecclesiastici Leuitarum ad Synagogas singulas singularum ciuitatum, vel certe ad urbes illas quae Leitarum proprie erant, ut infra cap. 15. pluribus demonstrabimus.

Confessus ciuiiles in singulis ciuitatibus fuerunt.

Dauide adhuc superstite Solomon unus est in Regem bis, primum praesentibus paucis ex seruis Dauidis, deinde coram vniuerso agmine & conuentu Principum Israel, Principum videlicet Tribuum, Principum earum Turmarum quae per vices statis suis temporibus Regi ministrabant, Chiliariorum, Centurionum, Principum c. j.

^{1. Chron.}
^{18. 13. &c.}

^{Chron.} ^{79.22} substantia & pecoris Regij, & filiorū vñ
cum Eunuchis (seu purpuratis) & fortibus
& strenuis, quibusque viris aggregatis ad
Ierosolyma. Ibi quoque (vt infrā pleniū
explicabimus) vñctus est Tsadok in Sacer-
dotem summum: quasi antea duntaxat pri-
marius sacerdos à Pōtifice summo & prior
ex secundariis magis illustribus fuisse,
& præfectus Tabernaculo sub Abiathare
qui Ephod summi Sacerdotis gestabat ad
Arcam Ierosolymis, & proinde Sacerdos
summus erat. Atque hoc modo Abiathar
paulatim exauthorari cœpit, quod ab Ado-
nia stetisset, & agnoscere ad quem ius summi
Sacerdotij pertineret. Vngi verò cum ne-
cessē erat, quia Pontificatus summi succe-
sio in Eleazari familia diu interturbata fue-
rat per posteros Ithamari qui eam sibi ar-
rogauerant.

Judiciorum hic ordo durasse videtur sub
Solomone.

^{Reg.} Habuit verò Legatos duos Azariam &
Zabudum Regi familiarissimum, Elichor-
ephum & Achiam Scribas, Iosaphatum à
commenrariis, Benajam militiæ magistrū,
Adoniramum tributis exigendis præfectū,
Achisarem verò domus suæ procuratorē.

Habuit etiam Solomoh duodecim præ-
fectos annonaꝝ domus suꝝ: ita vt eorū qui-
libet

Habet præfectus diceretur certæ alicui re-
gioni Israelitarum, ex qua annonam ad re-
gis aulam adueheret suo mense.

Illis præerat Hazarias filius Nathan.

Quod verò nulla fiat mentio Cerethæo-
rum & Pelethæorum à tempore Dauidis,
efficit ut credam illis à Dauide admodum
sene substitutas illas turmas, quæ per vices
singulis mensibus illi ministrarunt, de qui-
bus iam suprà, & fusissimè i. Chron. 27. At-
que hæ turmæ custodiendo Regi præfectæ ..Reg. II. 4
videntur in historia Ioæ vocari בְּרִים vel רְצִים & 19.
i. Arietes (voce certè non abludente à Ce-
rethæorum nomine) & רְצִים. i. Cursores.

Tempore Iarobham iudicia degenerare
cooperunt præsertim diuiso imperio.

C A P V T X I.

De utraq; politia in regno Iehuda restituta.

IOsaphatus regno inauguratus,
paulatim progressus est in re-
stituenda politia cum Ecclesia-
stica tum Ciili.

Ad hanc rem igitur se operæ pretium fa-
cturum existimauit, si primùm Excelsa &
lucos tolleret, vt paulò infrà pertractabi-
mus. Deinde mitteret ex Principibus suis
quinque, Beuchailem, Abdiam, Zachariā,
Nathanaelem & Michæam, quibus adiun-

c. ij.

geret duos ex ordine Sacerdotum, & non
uicem Leuitas, eosque per omnes sui regni
Iehu da vrbes mitteret: in eam videlicet
gratiam, ut populum Dei Legem doceret.

^{a. Par. 19. 7.}
&c.

Atque hinc factum est, ut eum longo
post tempore admonitus a Propheta Char-
nani de culpa admissa in ope ferenda A-
chabo, domi se continuisset, magis scripsit
quam antea cogitarit de restituenda polis
tia suorum. Nam ergo ipse suas vrbes inuita-
vit, incipiens a Beerscheba, & ad montem
Ephraim (in quo enim pater Asa vrbes aliquot ceperat) desinens, ut suos ad Dei cult-
um renocaret. Ad hoc confirmandum con-
stituisse dicitur Iudices in omnibus ciuita-
tibus munitis, ad urbem & urbem, i. ad sin-
gulas vrbes, vel pro vrbē & yrbe. i. in præ-
cipuis ciuitatibus iudicia collocauit, ad que
referrentur causæ minorum vrbium seu pa-
gorum, & insularum.

Iudices isti accipiendi sunt eo modo in-
stituti quo fuerunt in Ierusalem, num-
rum Ecclesiastici & Ciuiiles: ita ut ex Se-
nioribus cuiusque vrbis constiterint ci-
vilia iudicia: & ad ytrunque iudicium ad-
hibiti dicatur Leuitæ in Praefectos, eodem
videlicet modo, quo eos ad id muneris des-
ignaverat Dauid, ut appareat ex fine capituli.
Constituit etiam Iudices Ictosolynis ex
Leuitis

Lenitis & Sacerdotibus & Capitibus patrum Israelis, partim ad iudicium Domini i. Ecclesiasticum, partim etiam ad item i. ad Iudicium civile.

Distinguuntur nimirū his verbis Iudicia duo: Ecclesiasticum & Civile. Civile ut constare videtur ex Capitibus patrum populi, videtur esse Synedrion Septuaginta Seniorium. In illis capitibus patrum possumus ponere Sacerdotes & Leuitas. Nam & institutione Septuaginta suos habuit Praefectos, qui Leuitæ erant. Sed hi Septuaginta non iam ex familiis illis Septuaginta de quibus supra dictis sumptisunt, sed ex solis illis quæ erat sub ditione Iosaphati: unde & tandem ex sola domo seu familia Davidis delecti sunt.

Quod dicuntur istiusmodi lecti Iudices tenuerū Ierusalēm, hoc ita intelligi potest, ut relictā tribus suā fortitione, Iudices illi Ierosolyma venerint cominoratum: aut quod solerent conuenire Ierosolyma, ubi iudicium ineundum erat. Ecclesiasticum tamen constitisse verisimile est ex solis Sacerdotibus & Leuitis.

Summa fuerunt & suprema hæc duo iudicia ad quæ referrentur difficiliores causæ, ut in Legē Dominus præcepérat. Nam in exhortatione apud istiusmodi Iudices proposita Rex hoc satis confirmat, dum ait, e. iii.

Et iudicabitis omnem litem quæ veniet
de fratribus vestris qui habitant in urbibus
suis, inter sanguinem & sanguinem, inter le-
gem & præceptum, statuta (ritus, ceremo-
nias) & iudicia, & admonebitis eosne de-
linquant aduersus Iehouam, ita ut sit ira su-
per vos, & super fratres vestros: & sic facie-
tis & non delinquetis. Et ecce Amarja-
hu Sacerdos summus præcerit vobis in o-
mni re Iehouæ, & Zebadjahu filius Iisch-
mael dux domus Iehuda, in omni re Regis
(i. ciuili:) & Præfecti ipsi Leuitæ erunt co-
ram vobis. i. præstò vobis aderunt. Con-
fortate (vos) & facite, & erit Iehoua cum
eo qui virum bonum se exhibuerit.

Vtriusque iudicij eadem videri possit
materia, quod & fieri potuit, sed diverso
respectu, Ecclesiastico videlicet & Ciuii,
vt in eadem causa aliquid erat Ecclesiasti-
cum, & aliquid Ciuitæ, vt in deposito nega-
to, &c. Quintam aliquando de iure roga-
batur summus Sacerdos, vt tadem de facto
statueretar.

Denique vt ista iudicia suprema fuerūt,
Ierusalem suum iudicium municipale ha-
buit, quod videtur fuisse penes ipsum Re-
gem ciusque officiarios, vel potius penes
eius territorij Chiliarchos, Centuriones,
&c. ita tamen vt tota iurisdictio vtrique illi-
judicio

iudicio submitteretur. Itaque ex his videatur rex iste magis quam ullus alius Judeus aut rex, accessisse ad genuinam Legis hac de re præscriptæ institutionem.

Videntur & ea de causa illi qui supremo iudicio civili præfuerunt, esse qui apud posteriores reges dicti sunt מֶלֶךְ. i. Principes, & מִרְאֵב. i. Patritij.

Principes istos fuisse ex capitibus patrum atque ex iudicibus ordinariis constat ex superioribus, atque adeò ex his quæ in hac restitutione Iosaphati dicta sunt; immo & ex Prophetarum crebris reprehensionibus, ad hos Principes ita conuersis & compositis; ut omnino iudicia spectent. Certè videtur huius tanti imperij luculentissima extare exempla apud Ieremiam.

Primum extat Ierem. 26. cap. ubi postquam Ieremias damnatus esset à Sacerdotibus & Prophetis (ià cōfessu Ecclesiastico, illisque qui Sacrarum literarum cognitionem & interpretationem profitebantur, quasi ad eos pertineret cognitio de doctrina) & ab uniuerso populo, i. aduocatis ordinariis populi iudicibus seu Senioribus, Chiliarachis videlicet, Centurionibus, &c. qui uniuersum ipsum populum representabant, ut etiam vers. 9. uniuersus populus ad Agmen seu concionem coactus di-

citur. & vers. 17, mentio sit 777. i. agminis seu concionis ipsius vniuersalis : vel certe aduocato ipso populo qui Ieremiam audiebat, vt aduersus eum testimonium ferret, & sententia aduersus eum latet subscriberet, cāmque executioni mandaret, vt appareat ex calce capitis: idque nuntiatum fuisse principibus Ichuda ad Regiam aggregatis i. confessui ciuili Septuaginta Seniorum, Principes istiusmodi ad Templum venerint: vbi sedisse dicuntur tanquam pro Tribunali ad portam nouam templi, & adhibito populo (eo videlicet modo quo iam diximus) Prophetam audiuisse, & absoluisse, quāsi etiam suo illo iudicio Regem ipsum Iehojakim damnarent, & corrigerent qui Vriam Prophetā crudelissimē trucidasset.

Secundum est cap. 36. vbi Baruchus scripto quod dictante Ieremia exceperebat, recitato apud populum, aduocatur in Regia ad Principes istiusmodi, apud quos illud ipsum scriptum de integrō legit. Lectum deponunt in cubiculo Scribæ, seiscitati quomodo scriptum fuisset, mōrent Bartchum ut delitescat vniā cum Propheta. Principes Regem adeūt. Scripti futimain referunt. Rex ipse scriptum adserri iubet, & cum tres citis paginas audiueret cultro Scribæ scriptum proscindit, & cum à tribus foliis

folis rogareret ne librum combureret, illum comburere non desit; quasi illud idem reliquis Principibus non displiceret, qui etiam nomine ab ipso Propheta notantur, quod nō exhoruerint, nedum vestes prosciderint, ad illius scripti lectionem.

Tertium exemplum extat Ierem. 37, & 38. ubi dicitur obfisis Ierosolymis à Chaldaëis Ieremias deprehensus à vigile quodam Ierit, ad portam Benjamin tanquam transfuga, & adductus ad Principes illiusmodi, qui admodum aduersus Prophetam excanduerint, & cæsum in carcere tertiū coniecerint. Clam Sedechias Ieremiam extetro illo carcere ad se aduocat (ita Principes illos reuerebatur) & eum in initiorum custodiam relegat, ubi & in officio perseverat. unde fit ut illi iidem Principes à rego extorquere conentur sententiam mortis aduersus Prophetam. i.e. ut in eius mortem rex consentiret, prætexentes quod populi animos frangoret, ciuisque comnodis non studeret. Respōdet rex Ieremiam in eorum manib⁹ esse, neque illis Regem præualere vlla in re, quasi fateatur se illis longè inferiorem esse: quod etiam satis ostēdit, dum postea vereri se dicit, ne Principes illi inquirant in sermones quos vltro citrōq; habuisset cum Prophetā: unde

de & mendacium comminiscitur, quasi etiam
illis rationem redditurus esset corum quae
ipse gessisset.

Ex his efficitur iudiciorum ita restituto-
rum ordinem ad tempora usque Babylonicae
captiuitatis perdurasse.

Cæterum ista Regum politia in regno
Iehuda restituta, ita regia fuisse videtur ut
semper mixta censenda sit ex utraque alia
politia, sed maximè ex Aristocratica. Ari-
stocraticam potestatem viguisse tempore
Regum apparet maximè ex primo & ter-
tio exemplo quod ex Ieremia depropria-
mus, item & Democraticæ aliquid, appa-
ret ex eo quod populus Ionathan eximit ex
patris iudicio, in quod etiam populus ipse
consenserat: item & ex eo quod recitatut
1. Chron. 28. 1. Dauidē coegisse Ierosolyma
omnes Principes Israelis, Principes tribuum
videlicet, Principes turmarum earum quae
Regi singulis mensibus ministrabant, Chi-
liarchos, Centuriones, Principes substan-
tiæ & pecoris regij, viræ & filios, simul etiam
Eunuchos, (sea purpuratos) & fortis, at-
que adeò strenuos quoisque viros, ut illis fi-
lij sui Solomonis inaugurationem poli-
tiamque à se restitutam probaret. Hi vero
ut populum uniuersum repræsentarunt, vo-
cantur etiam subsequente cap. 29. 1. ḥ. p. A-
gmen.

y. Sam. 14.
48, &c.

gmen, quod nomen propriè in populi vniuersi vniuersalem cœtum competere diximus. Quòd si quis excipiat istos non ita aggregatos fuisse, vt sententiam rogarentur, sed vt Regis constitutiones audirent, videatur saltem Rex eorum in illas consensum postulasse. Nam & 1. Chron. 13. 1. scribitur Davidem omnes suos Principes vna cum Chiliarchis & Centurionibus ita aggregat se vt eos sententiam rogauerit de reducenda Arca. Isti verò vt & illi קָהָל יִשְׂרָאֵל נַעֲמָנִים agmen Israëlis dicuntur vers. 2. & 4. קָהָל־קָהָל בְּנֵי־חֶבֶשׁ vniuersum agmen, & בְּנֵי־קָהָל vniuersus populus.

C A P V T . X I I .

De ciuili politia Regum decem tribuum post secessionem à regno Iehuda.

Potestis. Olitia ciuilis decem tribuum: 1. Re. 21. 8. quamplurimū ad ciuilem regni Iehuda accessit. Habuit enim caput ipsum Rēgē, deinde διάπολις. i. Patritios (viros) quos alias מִרְשָׁ . i. Principes vocari dixim⁹, qui ei⁹ quoq; regni Synedriō & summum Iudicū cōfessum conficiebant. Hic confessus ad Regiam vt plurimum considerbat, qualis erat Izrehel tempore Achabi. Habuit & סְנִיאָר Seniores, Chiliarchos videlicet, Centurioncs, &c.

Vt et que autem iste Magistratus ita vocatur apud Nchemiam. Populi etiam potestate illud arguit quod dicuntur testes aduersus Nabothum labornati, testimoniū suū coram populo edidisse. Mixta vero istiusmodi politia ita ex Regia potestates Aristocratica & Democratica videtur, ut Tyrannica omnino fuerit, quemadmodū constat ex gestis Regum decenti tribuum.

C A P V T X I I I .

Politia civilis Hebreorum post Ierusalem expugnatam a Nebukadnesare.

E Verso Regno & Sacerdotio, populoq; in captiuitate abducto, satis intelligitur vna etiā politiā vtrāque coincidisse. Nec enim idonea videtur Hispōriæ Susannæ auctoritas. Nulla vero à Cyro vel Dario Medo Hez. 7. 1. imperij consorte, Cabyse, Dario filio Hitaspis seu Assuerō marito Esteræ, vel etiā à Xerxe facta est eius omnino restituendæ copia, sed duntaxat ab ipso Dario Artaxerxe Longimano, Sacerdoti Hezræ facta est potestas aliquas eius partes instaurandi. Nech. 5. 14 & 15. Hezras igitur ex ea potestate ita Hebreorum politiam ciuilem cōstituit, ut illa Regis loco haberet m̄. i. Pr̄sidem prouincialem, qui quidem sub ipsis Monarchiæ Persæ

Per se auspiciis Iudeam regebat, & ab ipso
in eam mittebatur, ut apparet ex historia
& occasione missi Zerubbabelis, 3. Héz. 4.
& ex Néchem. 5. 14.

[¶] Secundo loco habuit **Principes**. i. Principes ^{Hez. 9. 2}
qui sapitis vocantur ^{תְּנִשְׁאָרִים} Patritijs, aliquā- ^{Nech. 4. 14}
do etiam ^{תְּנִשְׁאָרִים} ^{תְּנִשְׁאָרִים}. i. Principes patrum seu ^{Hez. 8. 22}
familiarum, esse ceruntq; hi Syncedriōn Se-
ptuaginta & viiius vñā cum ipso Präside,
qui eorum primus & præcipitus fuit.

Tertio loco suos **Judices ordinarios**,
Chiliarchos, Centuriones, &c. qui non so-
lum dicti sunt ^{כִּנְגָּדִים}. i. Seniores, sed etiam ^{Hez. 10. 8,}
^{רֹאשִׁים} & ^{כִּנְגָּדִים}. i. Secundarij seu subalterni quidam ^{& 14}
Magistratus seu **Judices**. ^{Nech. 4. 14} & 5. 7, &

Quarto loco habuit **Ciuūm omnium** ¹⁷ ^{Nech. 5. 7}
cœtum & iudicium. Cetus istiusmodi vo- ^{Hez. 10. 8,}
catur ^{מְחַנְּמָה} ^{מְחַנְּמָה}. i. Agmen seu **Aggregatio** ^{& 14}
magna.

Quatuor horum ordinum disertissimè
menunit Néchemias 5. capite sue historiæ
vers. 7. Tradit enim sc. Präsidem disceptas-
se de Hebræorum quorundam inhumaniti-
tate & crudelitate aduersus suos fratres a-
pud ^{בְּנֵי} ^{בְּנֵי} Patritios viros, & apud ^{בְּנֵי} ^{בְּנֵי}
Secundarios seu subalternos & ordinarios
Magistratus: deinde ubi cum illis de re qua-
de agebatur, transfigere non potuisse, illis
opposuisse ^{בְּנֵי} ^{בְּנֵי} Agmen seu Aggre-

gationem magnam in quarem totam componeret.

Trium posteriorum meminit Hezras 10.8. vbi de dissoluendis illegitimis connubiis agitur. Utitur autem illic nomine שְׂרִירָה i. Principum, קָנִים i. Seniorum & קָנָקִים i. Aggregationis reducum ex captiuitate: item & vers. 14. sub iisdem ferè nominibus, nisi quod ad קָנִי שְׂרִירָה Seniores cuiusque urbis, adiicitur קָנָקִים i. & iudices eius, vel per exegesin, ut iudem omnino fuerunt Iudices qui Seniores, vel ut etiā indicentur קָנָקִים i. Prefecti. Illis enim Iudicibus suos adfuisse Praefectos ex Leuitis dubium nō est. Quot verò istiusmodi Praefecti Iudicibus illis assignati fuerint, non ita constat. paucos enim admodum Leuitas tum reduces fuisse apparebit, ex his quae tradimus cap. 18. ita ut vix ipsi suis ordinariis muneribus in Templo capessendis & exequendis suffecerint.

Huius sane temporis accommodari possit quod de corum praefectorum numero Iosephum notare diximus suprà cap. 9. duos nimirum ex Leuitis septem Iudicibus ascisse. Atque hoc aliquo modo conficiatur ex Nechem. 11. 16, vbi duo duntaxat Leuite Schabbetai & Iozabad praefuisse dicuntur operi externo Aedis Dei, ex capitibus Pa-

trum,

trum, si opus istud externum Aedis Dei id est esse velis, quod opus illud externum super Israelem, 1. Chron. 26.29, hoc est de iudicis accipias, ut illud exposuimus supra cap. 10. Vide & infra cap. 18. Septenarius etiam ille numerus Iudicium ordinariorum, hoc est Chiliarchorum, Centurionum, &c. quem ille idem Iosephus prescribit, huic temporis tribui possit: si species familiarum Iudaicarum atque adeo omnium eorum Iudeorum ex captiuitate Babylonis redeuntium numerum, & negotia quibus eos distineri necesse erat, Denique si vnam locum habuit politia illa magistratum & iudicium quam Talmudistae nostri tradunt, Profecto ad huius temporis progressum referenda est. Tradunt videlicet Supremū Hebræorum Senatum, nimurum Septuaginta, gladij seu morte plectendi potestatem quam habebant in causis majoribus (quales erant de Tribu, de summo Sacerdote, de Pseudopropheta & de Maiestate) Viginti tribus viiris capitalibus qui נִזְבָּנִים. i. iudicia Capitalia tractabant, communicasse: septem viros iudices נִזְבָּנִים. i. pecuniarum & honorum in singulis urbibus constitutos: quorum tres (fortasse duo Legitae Praefecti, & unus ex loci Iudicibus) iudicia instituerent: quinque de prima pro-

uocatione cognoscerent: septem de secunda decernerent: præterea decem Iudices rerum venalium, quasi Ædiles creatos fuissent: quorum unus ex sacerdotali genere esset: quinetiam receptos arbitros tres, quorum uterque litigator unum eligebat, electi duo tertium obtabant. Atque de his fuisse in Talmud ad tractatum de Syndicis, & apud Maymonem in lib. de Perplexis.

Sub auspiciis Ducis seu Præsidis provincialis erat Ierosolymis Secundarius quidam præfetus seu legatus ipsius Præsidis, ex tribu Benjamin, ut videtur & colligi potest ex Nechoem 11.9. Ibi enim dum enumerantur Benjamitæ una etiam Secundarius iste nominatur, cui urbis custodia commissa esset. Atque hic videtur is esse qui 2. Macca. 3.4. vocatur ~~magistrus~~ i. p. 1. Præfetus Templicis & apud Iosephum Antiq. Jud. 14.11; spartus est Ieposolymensis suppræfetus Ierosolymorum.

Benjamitam fuisse verisimile etiam est ex eo quod ciues Ierosolymitani maxima ex parte Benjamitæ enumerantur à Nechoia, ut etiam illius urbis maior pars erat tribus Benjamiticæ.

Præfides provinciales valuisse maxima auctoritate, atque adeo sumnum imperii

rium habuisse appareret ex his quæ gessit Nechoemias. Authoritatem vero summam habuisse Nechoemiam illud postremum eius factum maximè arguit, quo gloriatur se aliquem ex posteris Ioiadah filij Eliaschib summi Sacerdotis exilio multatasse, quod duxisset in uxorem filiam Sanballathi Horonitæ. Imperium etiam summum, quod reliquos ex Iudeis qui uxores alienigenas duxissent, obiurgauerit, excommunicandos, cædendos verberibus, & depilandos in summam ignominiam præceperit.

Iosephus Antiq. Iud. cap. II. 7. ita superiorem illam historiam attingit, ut dicat Ierosolymorum Seniores (i. Magistratus præcipuos atque adeò Synedrion ipsum) statuisse atque præcepisse Manassi fratri summi Sacerdotis Iaddi, ut à se amandaret & repudiaret coniugem alienigenam. i. Samaritanam filiam Sanballathi Cutthæi seu Samaritani, Satrapæ instituti Samaritanæ getis à Dario: vel ab altari arceretur, quod & factum est ab eius fratre Iaddo, quem ait succensuisse populo eo nomine (si credendum est Basiliensi editioni ipsius Iosephi) quanuis etiam Seniorum decretum ipse sit excusatus.

Ex utraque huius historiæ descriptione constat Nechoemiam Hebræorū reducum

Magistratus, ita ad huius criminis (nuper ab Hezra atque ab ipso reliquo populo solenniter condemnati) agnitionem & detectionem stupefactos excitasse, ut etiam coegerit Magistratū ipsum sententiā quam debuit, ferre, eāmque per ipsum summum Sacerdotem exequi.

An Manasses istiusmodi propriè frater germanus fuerit Iaddi, non ita assueravero, sed malim agnatum fuisse.

Præsides prouinciales hac valuissé auctoritate verisimile est, quandiu ita vt diximus à Monarchis Persicis Iudææ præfecti fuerunt.

Mortuo autem Nechemia nullus talis à Monarchis Persicis Præses prouincialis constitutus dicitur, imò nec ullus alias Iudææ præfectus est à Monarcha Persico, sed videntur Persæ acquieuisse in spectata fide & probitate Iaddi summi Sacerdotis, (sicut & aliquādo in Hezram Sacerdotem tale quid contulerant) vt appareat ex Iaddi responso ad Alexandrum: quasi iam Persæ suum imperium à Græcis prostratum, liberaliter potius quàm imperiose retinere contenderent. Fieri tamen potuit vt Iaddus reliquique Iudæi ducem aliquem ex tribu Iehuda delegerint, qui primas in Sūmo Synedrio obtineret, sed nomine tenus potius

potius quam reipsa: cum omnia a summis Pontificibus penderent. Atque fortasse eò spectat quod vulgo de eorum ducum serie circumfertur sub nomine Philonis.

Ergo quod spectat ad Iudæorum politiam expugnata Ierusalem, Tyrannica omnino fuit sub Monarchis Babylonicis, immo & aliquo modo, licet non ita prorsus, sub initium Monarchiæ Persicæ. Nā quan- uis Hebrei a Dario Medo Præsidem ali- Her. 5.5
quem prouincialem ex stirpe Regia obtinuissent, Senioresque aliquos seu primates haberent ex suis qui populi negotia admi- nistrarent, annuasque aliquas pensiones, tam en iudiciorum suorum restitutio[n]e non nisi a Longimano impetrarunt.

Mitto quod Persis triplex illud tributū de quo Hezras 4. 13. per soluerint: & quod ferè sub Dario Histaſpis opera Hamanis deleti fuerint.

Tempore Longimani, Darij Nothi, & Artaxerxis Mnemonis seu Magni ita resti- tuta fuit pristina Hebreorum politia, ut a- liquid habuisse videatur Regni, Aristocra- tiæ & Democratiæ: non tamen ea libertate quæ sub Iudicibus & Regibus viguerat. Nam triplex illud tributum exceptis solis Her. 7.23
Ministris Templi, Persis quotannis pensi- tarunt, quod summum illorum in se impe- f. ij.

rium testarentur & agnoscerent.

Ant. Iud.

II. 9.

Artaxerxes Ochus per Vagensem hanc tributorum tyrannidem admodum auxit. Nec enim illa sola tributa ordinaria exigit, sed & noua sacrificiis in Templo offerendis imposuit: immo & immunitatem tributorum quæ templi Ministris à Longimano concessa fuerat, pensionesque quas ille idem ad Templi usum largitus fuerat, sustulit. Atque hoc videtur illud esse quod historici notant, cum cepisse ~~amoropay~~. Atque hæc Tyrannis per septem annos durasse dicitur. Reliquo ergo tempore Hebræorum politia ad medium illam rediit, quæ viguerat sub Longimano & reliquis, nisi quod a mortuo Necho me nullum alium missum Præsidem prouinciale legimus.

*Ant. Iud. II.
8.*

Alexander magnus ubi Asiam & Ciliaciam domuisse, Tyrumque expugnasse, eique indignabundo & Iudeis infestissimo occurrit Iaddus Sacerdotalibus vestibus induitus, una etiam reliqui Sacerdotes, immo & alijs omnes qui ad Reipubl. administrationem prouecti fuerant, ~~aut~~ ^{et} ~~torquata~~ concessit Iudeis non solum Iudeam incolentibus, sed & dispersis per Babyloniam & Medium, immo & illis qui sub eius auspiciis militatum proficiserentur: deinde etiam septimo quoque anno immunitatem à tributis,

butis. Atque tum Iudæorum Respubl. ferè
rediit ad mixtam illam politiā. illud enim
tantum decusc videbatur quod Ducis im-
perium & potestas in vnum aliquem ex fa-
milia Dauidis deriuatum non esset, sed in
summum Sacerdotem confluxisset, Iaddū
videlicet: quem omnino crediderim ex Ne-
chemia (à quo in eam dignitatem promo-
tus fuerat) consilio, Principum, Iudicum
subalternorum, atque adeò confessus Ec-
clesiastici ordinem retinuisse, atque in altissi-
ma pace vixisse, quoad Ptolemæus Lagi
filius dolo Ierosolyma ingressus fuisset. Sed
ne tum quidem *αντογιαν* Ptolemæus Iero-
solymitanis ademisse legitur, sed duntaxat
durius eos accepisse, & acerbioribus paulò
auspiciis vindicias imperij in Ierosolymita-
nos sibi asseruisse. Certe illud adiicitur,
Ptolemæum Iudæorum quamplurimos ex
montano Iudææ tractu & Ierosolymorum
vicinia, Samariaque & Garizin in Ægyptū
deportasse: sed & hoc subiungitur, Ptole-
mæum vbi eorum religionem in seruando
iureiurando ex recentibus exemplis per-
pendisset, ex illis permultos ad saarum ar-
cium præsidia collocasse, parique cum Ma-
cedonibus ciuitatis Alexandriæ iure donas-
se, exacto ab illis iureiurando, Eos sibi suis-
que posteris datam fidem seruatuos: atq;
f. iij.

Iosephus
Ant. Jud.
12.1.

ex ea Regis liberalitate quamplurimos alios ex Iudæa in Ægyptum concessisse, vna etiam territorij feracitate pelleclos. Hæc verò humanitas efficit ut credam nō prorsus ab alienato animo fuisse Ptolemæum istum erga Iudæos etiam Ierosolymitanos, illisque *αυτονομιας* suam concessisse. Iosephus eiusdem libri 12. Antiquit. Iud. cap. 2. vers. 64. vbi agit de Iudæis Ægyptum inco-
lentibus meminit *της ιγνωσθεων αυτων.* i. eorum qui illis præerant, & *της ιερων.* i. Sacerdotis, & *της των πολιτευματος αρχεσηνοτων.* i. eorum qui illorum politiam administrabant: quod demonstrat Iudæos Ægyptiacos suam vtrâque politiam ibi constitutam iam tum habuisse. quod quidem non uno aut altero anno sub Ptolemæo Philadelpho componi potuit, sed iamdiu ab eius patre factum oportuit. Atque quod dicitur de æqualitate iuris ciuitatis Alexandriæ Macedonum & Iudæorum, religionem & politiam spectauit. Dubium enim non est Macedones suis superstitionibus & legibus politicis (quæ prorsus alienæ erant ab Ægyptiacis) vixisse, iisq; vsos fuisse in Ægypto. Quinet iā Iosephus Ant. Iud. 14. 13, confirmat ex Strabone, Alexandriæ atque in aliis urbibus Ægyptiacæ ditionis, qualis est Cyrenaica & Heliopolitana, Iudeos iam inde à priscis tempore

temporibus habuisse ἴθρά πχλω. i. principem aliquem suæ gentis seu Magistratū qui suæ gentis negotia administraret, & iudicia moderaretur, atque contractus & edicta curaret (.i. cōtractuum & edictorum obseruationem:) quasi etiam esset Magistratus eius politiæ, quæ per se esset perfecta & à nullo pēndens.

Hæc certè efficiunt, vt statuam Iudæos Ierosolymitanos suam ἀντομηίαν obtinuisse à Ptolemæo Lagi, Philadelpho (qui & plus quam centum millia Iudæorum in captiuitatem redactorum à Persis sua pecunia redemit & ad suos remisit) Euergete, Philopatore, quantumvis illis per aliquot dies infensissimo, & Epiphanc, quoad Ierosolymitani Regibus Syriæ cessissent: quanvis illis Regibus Ægyptij semper tributarij fuerint. Antiochum Magnum quintum Syriae regem non solum ἀντομηίαν qualem cōcesserat Longimanus, Ierosolymitanis concessisse natrat Iosephus Antiq. Iud. 12. 3. sed Iudæis omnibus per suam ditionem dispersis, ita vt omnes eorumque filios antea seruos, liberos esse iussent, & Iudæos Antiochenos pari cum Antiochenis ipsis indigenis iure donauerit: cùm antea Seleucus Nicanor Iudæis in eas vrbes quas extruxerat translatis, Ius & municipalem ordinē dum-
f. iiiij.

taxat cum Græcis qualem tribuisset. *Αὐτούσια* hæc magnificentissimè describitur posterioris Maccabæorum 3. vbi maximè laudatur Seleucus Philopator rex Asiac. i. Syriae, filius maior natu Antiochi Magnis ob patris liberalitatem à se in Ierosolymitanos eorumque Templum perpetuatam: licet ab ea aliquando cum auocare tentasset Apollonius eius Satrapa in Cœlesyria & Phœnico, dolo & artibus Simonis cuiusdam Benjamitæ cui Templi præsidium demandatum fuerat.

2. Macc. 4

Mortuo Seleuco concidere & iacere cœpit ea *ἀυτούσια*. Nam cum Iason Onias summi Sacerdotis frater ingenti pecunia sumnum Sacerdotium ab Antiocho Epiphane emisset, pro Legibus diuinis paulatim Græcorum instituta substituit, imo & idem audaciùs & impudentiùs fecit Menelaus aduersus vtrunque fratrem, atque vniuersam gentem Hebræorum, & tādem ad eam rem nactus est sibi legatum Lysimachum, per omnia cognatum: unde & iusto Dei iudicio Antiochus Epiphanes octauo sui regni anno Iudæorum *ἀυτούσια* & mixtam ferè superiorum temporum politiam omnino abrogavit.

Abrogatam Dei Legem apud suos paulatim restituerunt Iudæorum illi ex Sacerdotali

tali genere, quos vulgo Hebræi Chasmo-
næos appellant, nostri verò Maccabæos. ^{1. Macc. 2.}
Mathathias vbi eius rei specimen aliquod
edidisset, à potiore populi Iudaici parte ad
eam rem Princeps instituitur. Patris succeſ-
ſor fuit ex eius designatione Iudas filius, qui
vbi aduersus Apolloniū Antiochi Satrapā
ſuæ fortitudinis periculū feciſet, audiſſet-
que Antiochum bellum propediem redin-
tegraturum, ad Mitspah Iudæos ſolenniter ^{1. Macc. 3.}
ieſuſnaturos & Deum deprecaturos conuo-
cat: ibique priſcæ proculdubio politiæ ve-
ſtigia ſequutus conſtituit qui populum tē-
pore belli præcipue regerent, videlicet ^{Aati. Iud.}
Chiliarchos, Centuriones, Quinquagena-
rios & Decuriones: atque tandem denicto
Gorgia & Lysia, Ierosolyma Templūmq;
ipſum repurgauit, illūdque ac omnia in
eo Dei cultui deuota & dicata, rurſum Deo
conſecrauit. Atque ad eam rem vſus dici-
tur opera Sacerdotum criminē vacuorum
& ſtudiosorum Legis. In his autem ſum-
mum Sacerdotem ipſe probaſſe videtur ^{Ant. Iud.}
Oniam ſeu Menelaum. ita vt Iudas tantūm
Dux & Princeps populi fuerit, non etiam
ſummus Sacerdos: quantumuis hoc afferat
Iofephus, qui vult Alcimum ſummum aliū ^{12. 15. verſ.}
Sacerdotem superiori illi malis artibus ſuf-
fectum, interiiffe viuente adhuc Iuda Mac- ^{17. verſ. 18.}
^{1. Macc. 9.}
¹⁶

cabæo, indeque populum Iudæ sumnum Sacerdotium obtulisse & assignasse, ac eo per triennium functum fuisse: contra fidem historiæ quæ traditur in libris Maccab. Fieri certè potest ut summum Sacerdotium Iudæ à populo oblatum & ab eo repudiatum fuerit.

**1. Mac. 9.
Iosephus
Ant. Iud.
12.17. & 18.** Vbi Iudas fœdus iniisset cum Romanis, multaque prælia cum Syriæ regibus, corumque ducibus fœliciter commississet, tamen à Bacchide Demetrij Syriæ regis duce vincitur, & ab eius militibus interficitur.

**1. Mac. 9,
& 10.** Eo mortuo eius frater Ionathas inducitur ab amicis, & meliore Iudæorum parte ad suscipiendam Rei Judaicæ administrationem, & populi principatum. Ille de more primorum illorum Iudicum seu gubernatorum Reipub. Judaicæ, dicitur iudicasse populum in urbe Machma in qua habitabat (i.e. vt Iosephus interpretatur, populo quæ gerenda essent præscripsisse) & improbis atque impiis quibusque de medio sublati, gentem suam repurgasse. Nec tamen in his omnibus summo Sacerdotio functus dicitur, quoad illi oblatum fuisset una etiam & regni & imperij summi insigne & symbolum ab Alexandro qui se venditabat filium Antiochi Epiphanis. Is autem Epiphanes hoc ipsum ius eligendi summi Sacerdotis

**1. Mac. 10.
Ant. Iud.
13.5**

terdotis iam antea sibi vendicauerat; itemque eius successor & frater Demetrius. Ergo in festo Tabernaculorum Ionathas summo Sacerdotio fungitur: itaque in eum vnu confluere cœperunt summum Sacerdotium & Summum Gentis Iudaicæ imperium, ad antiquos fines tandem ab eo extensum, & pristinæ libertati omnino restitutum. Atque hæc Ionathas non solum ab Alexandro obtinuit, qui se filium Antiochii Epiphanis iactabat, & proinde legitimum Syriæ regem, sed & Demetrius frater Antiochii Epiphanis qui regnum illud usurpabat, plura illi pollicitus est, si eius partes se queretur: imò & Demetrius istius Deme-
1. Mac. 10.
 trij filius cum rerum Syriacarum solus po-
67.
 tiretur, nō solum Iudeorum *ωτηροιαν*, sed
1. Mac. 11.
 & *ωτηροιαν* omnibus modis auxit & amplificauit. Iudeis enim Iudeæ fines assignauit, tres præfecturas, Aphærema, Lyddan & Rainathen, de Samaria ad Iudeam additas: omniaque pertinētia ad eos omnes qui Ierosolymis sacrificarent, idq; pro Regiis vectigalibus, quæ Rex antea ab ipsis annua de fructibus tam terræ quam arborū percepiebat: alia item quæ Syriæ regibus persoluebantur, tam decimas quam tributa illis debita, atque etiam Salinas & Coronas quæ illis pendebantur: atque hæc ita per-

petua esse Demetrius iste voluit, vt in celebri loco Templi reponenda curauerit. Duntaxat hoc excepit vt præsidium quod Syri in Arce Ierosolymitana habebant, Ionathæ inde ciucere adhuc nō liceret. Quintam superiora illa Ionathas ab Antiocho Sedete Alexandri illius superioris filio & ab eius curatore Tryphone obtinuit. Imò Ionathas vt melius *αντορουσιν* & *αντεζουσιν* Iudeis restitutam sartam tectam retinere posset, legatos Romanam & Lacedæmoniam misit, qui fœdus cum Romanis & Lacedæmoniis redintegrarent. Restitutam autem fuisse veterem Iudeorum politiam sub Ionatha liquet ex eo quod Legati istiusmodi Romanis disertè significarunt se missos à Ionatha summo Sacerdote, & Gête Iudeorū: & ex ipsa literarū inscriptione, quas per eosdem Legatos Spartam ad renouandum fœdus misit: quæ his verbis concepta est: Ιωάννας ἀρχιερεὺς καὶ ἡ γέροντις τὸ ἐδρευόν
οἱ επεισ καὶ ὁ λοιπὸς δῆμος τῷ Ιερεῖ Σπαρτί-
μος τοῖς ἀδελφοῖς χαιρεῖν: & apud Iosephum
Antiq.Iud.13.cap.9.vers.25. Αρχιερεὺς Ιωά-
ννος τὸ ἐδρευόν τῷ Ιερεῖ οὐ καὶ ἡ γέροντις καὶ τὸ πονηρὸν
τῷ Ιερεῖ Λακεδαιμονίον ἐφόροις καὶ γέροντις καὶ
δῆμος τοῖς ἀδελφοῖς χαιρεῖν. Hæc manifestè ar-
guunt quæ fuerit tum forma Reipub. Iudaicæ, & quomodo ad superiorem illam

Iona-

mixtam politiam redierint. Nam imprimis Ionathas inducit tanquam princeps, deinde Senatus (quæ vox Iudices superiores & inferiores continet) postremò populus ipse. Atq; ut his vocibus fucum Romanis & Lacedemoniis factum non fuisse constet, i. Macc. 12.35. dicitur Jonathan ad cōcionem conuocasse τὸν ἀριστεύτερον τὸν λάβ. i. Seniores populi, vt de exedificādis in Iudea propugnaculis ageret, mēnibūisque Ierosolymitanis, & excitando altissimo muro inter Arcem & vrbem, vt hoc pacto excluderēt præsidium Syrorum à commerciis vrbis, tandemque ad commeatus penuriam adducerent. Quos verò author lib. Macabæorum vocat ἀριστεύτερους τὸν λάβου. i. Seniores populi, Iosephus λαόν ἀπαρτα. i. populum vniuersum: ita vt vel illis nominibus veniāt omnes ciues qui propriè populus vocatur, vel γένεσις. i. Senatus, ille videlicet superior, qui quum populum repræsentet, vocetur populus ipse. Hoc certè notandum videatur, politiam prioris istius temporis Macabæorum, aliquid amplius habuisse Democratiæ, aut Aristocratiæ, quàm Regni.

i. Mac. 13.3

Continuatam fuisse hanc politiam apud Iudeos primū illud demonstrat quod Simon eius frater accepto nuptio de fratre captivo apud Tryphonem, non antè exercitus ductandi prouinciam & Reipub. ad-

ministranda subiit, quam conuocatus po-
pulus cum ducem in locum fratribus substi-
tuisset: deinde quod Demetrius rescribit

^{vers. 36.} ^{1. Mac. 14.} Simoni in haec verba ζίμων ἀρχαρεῖ καὶ πρέ-
²⁰ σβυτέροις καὶ ἔθνει Ιουδαίων χάρειν: tertio loco
& illud, επαρτάτων ἀρχότες καὶ οἱ πόλεις ζίμων
ἵπερι μεχάλων καὶ τοῖς πρεσβυτέροις καὶ τοῖς ἵρεσιν καὶ
τῷ λαοῦ φύλῳ Ιουδαίων ἀδελφοῖς χάρειν.
postremò quod extat in solemini & augu-
stissimo illo plebiscito quod in gratiam
Simonis conceptum est, Επὶ σωματογῆς μετά-
λλος ἵρεων καὶ λαῶν καὶ ἀρχότων ἔθνων καὶ τῷ πρε-

^{1. Mac. 14.} οβυτέρων τὸ χάρεις: quāuis huius Simonis Ma-
²⁷ ^{Ant. Iud.} iestas longè amplior designetur & prædi-
^{13. II. 4.} cetur quam superiorum eius fratum: vt ap-
paret ex eo quod in tabulis & instrumen-
tis publicis, annorum supputatio iniri coe-
perit, ὅτι ζίμων ἀρχαρεὺς μεχάλης καὶ σπάτηος
καὶ ἱγουμένης, vel, vt vult Iosephus, Ἰεράρχης Ιε-
δαιῶν καὶ ἐπιράρχου: deinde quod ex communi-

^{1. Mac. 14.} gnatus dicatur ἱγέληρος καὶ ἀρχαρεὺς εἰς τὸν αἰώ-
^{4. 1. & C. 42.} να & σπάτηος eum summo imperio in vtrā-
que politiam, & Simon recepisse quod illi
offerebatur, & libenter suscepisse ἀρχαρε-
τεύειν, καὶ τὸ σπάτηον καὶ ἐπιράρχην τὸν Ιεδαιῶν
καὶ ἵρεων, καὶ πρεσβυτῆσσον πάντων. Et certe non
solum superiora illa quae eius frater Iona-
thas obtinuerat à regibus Syria, consequu-

-ta sunt. A. m. 11. 11. tis

tus est: sed hoc illius principatu*i* tribuitur
quod sublatum fuit ab Israele iugum Gen-^{1. Mac. 13.}
tium: & recepta tandem fuerit Arx illa in
qua erat præsidium Syrorum, quam à pol-
lutionibus repurgarit & solenniter admo-
dum suis restituerit. Atque in hac mixta
politia Regni aliquid emicuit ampli^o quam
Aristocratiæ aut Democratiæ, vt paulatim
eius posteri commonstrarunt. Hircanus
enim patri succedens, sui quidem princi-
patus initio ~~au~~ ~~τεξασιαν~~, non tamen ~~au~~ ~~τοροπιαν~~
suæ Gentis amisit: sed paucis post diebus
ita excusit Antiochi Pij tyrannidem, vt
quam latissimè fines suos amplificauerit.^{Ant. Iud. 13. 16, & 17}

Mortuo Hyrcano Aristobulus eius filius
natu maior principatum in Regnum eue-^{Ant. Iud. 13. 19}
xit, seque & diademate & Regio nomine
ornauit: ita tamen ut iam tyrannidis aliquid
Maccabæi ipsi admiserent veteri illi Iu-
daeorum politiæ, quam & ipsi aduersus Iu-
daeorum tyrannos vindicauerunt. Ituram
certè ita adiunxit Iudæorum regno vt Itu-
ræos minis coegerit ad omnes ceremonias
Iudaicas, vñà cum ipsa Circuncisione ad-
mittendas.

Mortuo Aristobulo eius frater Alexan-^{Ant. Iud. 20, & 21. &c.}
der Rex etiam dictus, Iudaici imperij fines
ad summum euexit. Tyrannidem omnino
resipuit eius regnū: vt maximè suspeatum

sit, an superior illa Iudeorum politia tum libera fuerit, an verò ad eius arbitrium & nutum inclinauerit.

Alexandra vxor marito successit: ita tamen ut Hyrcanum natu maiorem ex filiis summum Sacerdotem designaret, Phariseos autem confortes administrationis Regiae haberet. Atque tum in Iudeorum politia obtinuisse videtur Aristocratia: vel certè Oligarchia. nam ea politia Tyrānidem admixtam habuit.

Ant. Iud.

13. 24. 20

Matre grauius laborante, Aristobulus eius filius natu minor ita capiendis castellis inhauit, ut intra quindecim dies viginti duo loca cœperit. Vnde Iudeorum ~~populi~~ Seniorcs, & Hyrcanus eius filius natu maior Reginam admonent, ut sibi prospiciat. Atque huiuscmodi Seniorum mentio satis designat, non prorsus tunç corruisse Iudeorum Rempubl.

Ant. Iud.

24. 1

Mortua matre Aristobulus ita cum fratre Hyrcano pactus est adhibito etiam solenni sacramento, ut ipse Sacerdos summus & Rex esset, Hyrcanus verò deposito Sacerdotio summo priuatam vitam ageret. Sed artibus Antipatri res eò tādem deuenit, ut cum Aristobulus Sacerdotium summum & Regnum tenuisset per tres annos & sex menses, Iudei libertatem amiserint, cōisque

eosque Pompeius Romanis subiecerit: factaque fuerit (vt verbis Iosephi utar) Ierusalem Romanis tributaria, & Regnum quod antea datum fuerat [tanquam singularis aliquis] honos iis qui erant ex genere Sacerdotali, virorum popularium & plebeiorum euaserit. Pompeius tamen imperium vniuersum & iurisdictionem ademisse Iudaeis non videtur. Nam & Antipater dicitur ex Hyrcani mandato frumentum reliquaq; necessaria Scauro Romano militati aduersus Arabes, subministrasse. Hyr- Cap. 9.
canus igitur ita fuit Sacerdos summus, vt Iudei suis legibus adhuc vterentur & viuerent: summusque eorum Sacerdos aliquid imperij haberet.

Cæterum in hac tanta rerum mutatione Iudei Romanis tributa pependiderunt quæ olim Aegyptiis & Syris repræsentauerant, atque adeo posterioribus Persarum Monarchis: ita vt etiam tunc Hebræorum politia potissimum Aristocratica, Romanorum tyrannidem experta fuerit.

Gabinius Romanus deuicto Alexandro Cap. 10.
Aristobuli filio, politiam illam Aristocratis aliquantulum antea labefactatam, Romanorum Tyrannidi penitus subiecit. Nam Hyrcanum Ierosolymam reductum Templo præfecit, & gentem Judaicam in quin-

que Curias distinxit, & cuique Curię suum Syncdrion assignauit. Synedri igitur Ierosolymitanī Ierosolymitano territorio ius dicebant, Gadareni Gadarenō, Amathuntāi Amathuntæo, Ierichuntini Ierichuntino & Samphoræi (ex Sephora seu Samphora vrbe Galilææ) Samphoræo: ut non iam vnius imperio, sed ex Optimatum decreto res eorum administrari legitimè possent.

- Cap. 15. &** Cūm hæc Iudæorum Aristocratia per aliquod tempus durasset, Hyrcanus paulatim ad aliquem gradum præstinæ dignitatis rediit: ita vt rursum & Sacerdos summus & Ἰudeῶν gentis Iudeorum diceretur, quasi Iudea non tam Romanorum prouincia esset quam socia, Romanique non tam οἰκονομοὶ & οἰκονομαζοὶ quam σύμμαχοι haberentur. Ceterum quia Hyrcanus iudicio paulo segniore videbatur, C. Iulius Cæsar Iudeæ διτροπον καὶ περιστήλω. i. Procuratorem (seu Tutorem & Curatorem) atque Patronum Antipatrum designauit. Antipater eandem ob causam Phasclum filium suum natu maiorem Hyrcano propius adiunxit, qui dux seu prefectus Ierosolymorum & Iocorum circumiacentium esset: Galilæam commisit eodem titulo Herodia alteri ex filiis. Atque ut apparet ex actis & rescriptis eiusdem Cæsa-

Cesaris, Hyrcanus non solum Sacerdos summus, sed & ἡγέρχης fuit, eodem prorsus iure & iisdem priuilegiis quibus eius maiores: vt pote cui permisum fuerit nō tantum decimas, sed & ab Ioppensiis vectigalia & tributa alia exigere.

Hyrcanus igitur tanquam summus Princeps gentis Iudaicæ, præfectum sub se habuit Antipatrum eiusque filios. ita ut contentus fuerit Iudeos domi regere: cetera verò omnia Antipatro eiusque filiis permiserit. Quod effecit ut oī ē τελεῖ, i. qui magistratum gerebant apud Iudeos, & qui erant ὄχημα. i. Primarij seu Primates & Optimates, ea de re apud Hyrcanum conquessti sint, quasi Antipater eiusque filij Tyrannidem in Iudeos affectarent: præsertim arrepta inde occasione, quod Herodes contra patrias Hebreorum Leges & Synedrij ius, quamplurima in Galilæa perpetrasset. quorum etiam nomine aliquantò post apud summum Syedrium Ierosolymam est euocatus.

Porrò Iosephus his de rebus agens docet illis temporibus durasse Synedrij ius illius apud Iudeos summi quod Ierosolymis sedebat, eiusque amplitudinem vñā cum gentis principatu sub Hyrcano planè restitutam, ita ut satis constet Iudeorum

politiam maximè fuisse Aristocraticam, & tamen aliquid Tyrānidis Romanę & Hero dianę habuisse. Quinetiā tādē eō res rediit, vt non amplius Iudeorū res Hyrcanus tractaret: nec eorum Optimates quicquam, aut certe quām minimum in suis rebus administrationis habuerint: etiam ex ipsius Hyrcani consensu, qui suo testimonio apud Antonium cōfirmauit Antipatri filios melius Iudeorum genti præesse quām Iudeos ipsos. Vnde & vterque ex Antipatri filiis ab Antonio designatus est Tetrarcha, & Aristocratis in Iudeorum Repub. admodū imminuta est, ita vt Tyrannis iam obtineret: & tamen duo illi Antipatri filij, Iudeos ipsorum Legibus & Iudiciis regerent.

Cap. 34.

Antigono autem Aristobuli Hyrcani fratri filio postea nouis rebus studente, adeo vt patruum ad Parthos & Babylonios relegarit, Iudeorum Respub. tandem tota Herodi in Regnum cessit: ita vt Tyrannide crescente, Iudeorum politia admodum imminuta ægrè se sustentaret. Nam Herodes Synedrij summi omnes Iudices excepto uno aut altero interficiendos curauit, reliquosque omnes qui aliqua authoritate variebant, vel alicuius dignitatis gradum obtinebant: ita vt quos vellet, illis sufficeret.

Quinetiam hic improbus Tyrannus infantium

fantium Bethlechemitarum cæde Tyrannidem suam nobilitauit.

Certè quod antiquum articum Hyrcanum ex Synedrii authoritate morte multasse dicitur, eius Tyrannidem ita confirmat, ut tamē nō prorsus ab eo abolita apparet veteris illius Iudeorū politiæ forma.

Tandem verò Herode tetromino tyranno morte sublato, eius regnum, resciso ipsius testamento in Tetrarchias ab Augusto Cæsare distractum est, Archelao Iudææ Tetrarcha constituto. qui & ipse cum impotenter dominaretur, inde extrusus est, Iudææque Tetrarchia in Provinciam redacta Syriæque attributa fuit.

Hanc Iudaici regni in Tetrarchias distractionem cōsequuta est necessariò Syndiorum noua distinctio, unoquoque Tetrarcha proculdubio suam scorsim iurisdictionem tuente. Quam occasionem audie arripuisse Pilatum videmus, cum Christum tanquam Galilæum (haud in eo profecto Ierosolymitanis Iudeis gratificans) ad Herodem Galilææ Tetrarcham (quem tamen Lucas Regem nominat) Christum remitteret.

Cæterum Iudæa sic ab Augusto Imperatore Romano adiuncta est provinciæ Syriae, ut proprium haberet à Cæsare Procu-

ratorem seu Præsidem (quasi medium aliquem locum teneret inter Prouinciam & liberam omnino regionem) nec ei à Prætore Syriæ ius diceretur. Quæ ut melius intelligantur , tenendum videtur Iudæos suā *autoquias* à Romanis semper obtinuisse , vt appareat ex Antiq. Iud. 14.19. vbi pluraleges apud Rufinum quām vulgo habeantur in nostris exemplaribus & Græcis & Latinis, item & cap. 13. item lib. 16. 10. itē & lib. 19. 5. vbi etiam ipse Augustus meminit discretissimè iuris istiusmodi quod Cæsar Hyrcano concesserat.

In ea *autoquias*, vt pendebat à Dei Mosis que institutione , primum locum obtinebat politia Ecclesiastica , de qua alio loco: secundum politia Ciuilis.

In politia Ciuali erant personæ quæ Magistratum obibant.

In illis (vt iam attigimus) erant primū Septuaginta & unus seu Synedrion , cui præerat Sacerdos summus : erant deinde Judices ordinarij, Chiliarchi videlicet, Ceturiones, &c. postremò erat populus ipse qui non semel apud Procuratores & Præfides Romanos scita sua proposuit.

Erant præterea & horum Ministri (quos videlicet *Ιερεῖς*. i. præfectos, vocauimus, ex Iosepho nomen illud ita interpretante) qui-

quibus Magistratus illi vtebantur in suis Iudiciis, vt appareat ex multis locis noui Testamenti.

Erant & Leges Mosis ex quarum praescripto de rebus propositis iudicabatur.

Quod ad Synedrion attinet eiisque Iudices, non semel eorum fit mentio in novo Testamento, cuius historiae in haec tempora inciderunt, nec etiam apud Iosephum, apud quem Synedri vocari videntur ~~πρεσβύτεροι~~. i. Primates & primas in populo obtinentes. In novo vero Testamento vocantur ~~πρεσβύτεροι~~. i. Principes, Luc. 23. 13, & 35, ~~πρεσβύτεροι~~ λαοι Principes populi, Act. 4. 8. & Luc. 24. 10. ~~πρεσβύτεροι~~ Seniores, Matth. 27. 12, & 41. & 28, 12. & Mar. 15. 1. ~~πρεσβύτεροι~~ λαοι Seniores populi, Matth. 27. 1. ~~πρεσβύτεροι~~ εποι λαοι Scnatus populi, Luc. 22. 66. γέροντες λαοι ισραηλ Senatus filiorum Israei, Actorum 5. 21. ~~πρεσβύτεροι~~ λαοι Primores populi, Luc. 19. 47.

Ordinarij Iudeorum Iudices videntur ^{Luc. 22. 58} illi esse qui ~~σπάτηγοι~~ λαοι Prætores seu Magistratus Templi vocantur. Porrò quia quamplurimi erant, Scriptura aliquando ^{Act. 4. 1} plurali numero exprimit huiuscmodi Magistratum: quia verò vel unius alicuius authoritas ad præceptionem sufficiebat, vel etiam unus aliquis Chiliarchus summus

erat, usurpatur quoque huius Magistratus nomen singulari numero. Denique & illud visitatum est, corpus plurium qui cundem Magistratum gerunt, singulari numero exprimi.

Templi nomen adiungitur, vel quod eorum Iurisdictio in Templo exerceretur, vel ex Templi i. religionis Iudaicæ legibus inter eos qui eodem Templo. i. iisdem Sacris vtebantur: vel ad discriminem Iurisdictionis Procuratoris seu Præsidis Romani Imperatoris, quæ extendi videbatur ad eos quos Præses ipse in seditione intercepserat, vel etiam publicè nocentes: vel ad extraneos, qui vel aliquid petebant à Iudeis, vel cum quibus Iudei aut alij extranei, aliquid controuersi habebant: aut etiam ad Publicanos publicaque vectigalia, aliisque eiuscmodi.

Iudicium istiusmodi ~~conspicuum~~. i. Ministri, Iudei omnino fuerunt, ut aliquo modo liquet ex locis aliquot noui Testamenti, præsertim ex Ioā. 7. 46. imò etiam Leuitæ, ut ex superioribus constare potest, & ex Ioann. 1. 19.

Quæ verò Ierosolymis in Templo fiebant, illa in Synagogis in aliis Iudaicæ prouinciae vrribus exercebantur à Iudicibus ordinariis, ita ut maiores & difficiliores
cau-

causæ , aut etiam minorum appellations Ierosolyma referrentur.

Iam autē subindicauimus Iudeorū iurisdictionē & iudicia duntaxat inter ipsos Iudeos qui nudè & mērē Iudei erant, non etiam ciues Romani, locum habuisse.

Quousq; progressa fuerit Iudeorum iurisdictionis; non ita certò constat.

Iudeos, ut & reliquos Prouinciales, habuisse minimam coercitionem, hoc est apud eos ictus verberum quadraginta uno minus, prorsus verum est.

Eos gladij seu morte plectendi potestatem habuisse videri potest, primū ex eo quod ~~autoreuīz~~ suam semper retinuerint, ex cuius institutis & præscripto longè aliis de causis capitis pœna infligitur, quam ex Romanorum iure. Atque & hoc & illud Adulteræ historia confirmat. Ibi enim dicuntur Scribæ & Pharisei Iudeorum (quasi præcipui eorum Iudices) Christo Moses Legem de adultera proposuisse vñā cū ipsa adultera, quam eo nomine mortis reā esse contendebant.

Eam autem Christus ad Pilatum non relegat, sed ipse mortis sententiam aduersus eam pronuntiat, ac Scribas & Phariseos ad illam lapidandam prouocat: deinde prorsus absoluere videtur. Quæ nunquā facturi

Ioah. 8.31

&c.

videntur fuisse Iudei, atque adeo Christus; nisi Iudei aliquā habuissent gladij seu morte plectēdi potestatem. Huc accedit quod

Ad. 23.27 Lysias Antoniani prēsidij Tribunus, tam accuratē se excusat apud Felicem Prēsidē, quod Paulum Iudeis eripuerit, quia videlicet nosset eum ciuem Romanum. Quinetiam huc pertinet quod Tertullus Iudeorum Orator audacter admodum pronuntiat apud Felicem Iudeos prehendisse Paulum, & voluisse eum ex sua Lege iudicare, imò & queritur Lysiam Tribunum Iudeis Paulum per vim eripuisse.

Ad. 23.28.10 Nec fortasse prorsus extra rem est quod Paulus etiam gloriari audet apud Festum Prēsidem & Agrippam Regem se suffragium tulisse, cum Christi discipuli morte multarentur & interficerentur.

Jud. 20.8. Ad hēc quoque facit quod Antiquit. scribitur Anatum Sacerdotem summum, Sadduecum (& proinde rigidōrem in iudiciis) mortuo Festo Prēsidē, antequam Albinus in eius locum substitutus in Iudeam venisset, coegisse Synedrion ad quod permultos vocasset, & inter alios Iacobum fratrem Domini, quos transgressus Legis accusatos lapidandos exhibuerit: atque cum horum apud Albinum accusaretur, non dici in eo Romanorum aut Prēsidis

dis imperium imminuisse, quod tam multos morti adiudicasset, sed duntaxat in quo Synedrion inconsulto Praeside coegerisset: quasi videlicet illa gens admodum suspecta esset studij rerum nouarum, cogique non potuerit Synedrion inconsulto Praeside, ut tum videret ne quid detrimenti caperent Romani.

Huc etiam accommodari potest quod scribitur Ioan. 18.31. vbi Pilatus Iudeis respondet ut Christum accipient, & ex sua Lege eum iudicent. Quod vero illi excipiunt, sibi non licere interficere quenquam, ita exponi potest, quasi Iudei mendaces de suo iure decedere velint, ut locum aliquem relinquenter prophetie Christi, quam ille sepius iterauerat de sua mortis genere, quod etiam ipse Euangelista innuit. ita ut etiam illi lapidationem qua vulgo uterbanter in suis iudiciis, interfectionem esse negant. Ex his ergo confici videretur saltem lapidationis supplicium permisum fuisse Iudeis corumque iudicibus.

Porrò videri mirum non debet quod Romani huiuscmodi ~~in torquias~~ Iudeis cesserint, que etiam aliquid gladij haberent: quum inter ipsas prouincias populi Romani quedam ita liberæ fuerint, ut magistratus Romani iurisdictione soluerentur.

Eiusmodi fuit Atheniensium territorium: item & Lycia in Cilicia, quę suum habuit Concilium, suum Lyciarcham, aliósque sui Concilij magistratus, qui ex patriis legibus iudicia communiter redderent. Quintam Cyrenaica regio eiusmodi primum fuit.

Cæterū ad hæc omnia respondent qui negant Iudeos gladij seu morte plectendī potestatem habuisse, Iudeos quamplurimā ausos semper fuisse per tumultum & seditionem, ex iudicio quod zelosum vocant, atque ex eo genere esse quod de morte Stephani traditur, & de Pauli lapidatione ad Lystra.

^{Aet. 7. 58.} Media igitur quædam via inita videtur, ut videlicet Iudei in suis Iudicū consensibus, ctiam de causis capitalib[us] cognoscerent, mortisque sententiam aduersus reum pronuntiarent, quem postea Præsidii aut eius Tribuno ex sua sententia punendum offerrent: præsertim si reus alij mortis generi adiudicatus esset quam lapidationi. In ea enim hoc usurpare videntur, ut inconsulto Præside ciuisque Tribuno, iubarent testes convictum reum lapidibus obruere, quod illud eorum Lege disertè exprimeretur.

Quanvis autem Iudei ~~autoyouias~~ suam
h[ab]it

habuerint: tamen quia Romani Imperatoris interesse videbatur ne qui præcipuum Iudæorum magistratum moderabatur parum studiosus illius esset, penes Præsides Iudææ esse voluit Sacerdotes summos exauthorare, illisque alios substituere, quod Tyrannide & auaritia non caruit. Vnde politiam istiusmodi maiore ex parte Tyrranicam fuisse constat. Eò etiam aliquo modo spectat quod Sacerdotalium vestium custodiam retinuerint Præsides, vel certè ex eorum decreto Tribuni quibus præsidium & custodia arcis Antoniæ demandata fuerat: quoad Vitellius eas custodiendas Iudæorum Sacerdotibus tradidisset.

Atque hæc politia sub Præsidibus seu Procuratoribus Cæsarum durauit, quoad Claudio Imperator adicisset Regno Agrippæ maioris Iudæam & Samariam: ita ut tum Iudæorum Resp. nonnihil mitius haberit quam sub Romanorum Præsidibus: nec tamen, vt appareat ex Act. 12. propterea omnino à Tyrannide liberata fuerit. quanvis beneficiis quamplurimis ab ipso Agrip-
pa affecti fuerint Iudæi.

Mortuo Agrippa maiore Iudæorum Anti. Jud.
30.1 Respub. rursum ad Præsidum seu Procuratorum Cæsaris administrationem rediit, iisdem proorsus legibus quibus ante Agrip-

pam, imò & magnificentioribus initio imperij Claudi Cæsar is, vt cōstat ex eo quod Claudio Imperator Iudeorum gentē tam magnificis titulis ornatam donat uestium Sacerdotalium custodia. His enim verbis ad Iudeos scribit,

Claudius Cæsar Germanicus Tribunitiæ potestatis quinques Cōsul ordinarius, quater Imperator, decies pater Patriæ, Ierosolymorum Principibus, Curia populi que Iudeorum & cunctæ genti Salutem. Sed longè illam magnificentiam non multo post eleuauit, cum in Herodem quartum, Agrippæ maioris fratrem, Regem Chalcidis, Templi sacrorumque Thesaurorum potestatem, & ordinandorum Sacerdotum summorum ius contulit, atque hoc priuilegium prorogauit Agrippæ minori Agrippæ maioris filio, postquam eum Chalcidis regem creasset.

Atque hæc politia maiore ex parte Tyrannica si Romanos & Herodem spectet, Aristocratica tamen plurimum & Democratica, duravit quoad Aristocratis & Democracy prorsus apud eos obtinuisse, imò vero in Oligarchiam & Ochlocratiam degenerassent, ab anno videlicet duodecimo Neronis ad secundum usque Vespasiani, nimirum per sex annos, quo tempore ita

con-

concidit illa Respubl. cum vrbe totaque
gente, vt nunquam instaurari potuerit.

CAPVT X I I I .

Politia civilis Iudeorum per alias prouincias disperforum.

G N Synagogis prouincialibus nō pari vbiique modo iudicia exercebantur. Nam in Ægypto vbi Iudæi Alexandrini & Cyrenenses suum habebant ἐπάρχιον, reliquosque Magistratus, eiusque ordines quales erant in Iudæa, iudicia eodem modo exercebantur quo in Iudæa, ita ut summum imperium in Iudæos esset penes eorum ἐπάρχιον, vt fusi ex posuimus superiore capite, vbi de Ptolemæi Lagi & Philadelphi temporibus egimus.

Antiochenos Iudæos eodem iure usos quo vtebantur Alexandrini tempore Augusti, imò etiam tempore Vespasiani & Titi, confirmatur ex lib. Antiq. Iud. 12.3.

Sardibus quæ fuit aliquando Regia Lydiæ, Iudæi etiam loca habuerunt in quibus negotia & iudicia inter se exercebent, vt liquet ex Antiq. Iud. 14.19. apud Rufinum.

In Synagogis aliarum prouinciarum nō ita tractata videntur iudicia Civilia, sed postius ad tribunal publicum tum Iudicium

municipalium loci, tum etiā Iudicum Ror manorum, vt constat ex Act. 14,5, & 18,12, 13,14,15,16,& 19,39.

Atque hactenus de ciuili Iudeorū politia: nunc ad Ecclesiasticam redimus.

CAPVT XV.

Politia Ecclesiastica in terra Chenāan.


Vum Iosue tam fideliter & accuratē Dei mandata sequutus dicatur, dubium non est quin etiam Politiam Ecclesiasticam à Deo præscriptā, qua potuit fidelitate & diligētia cōseruauerit, præsertim adiutus, imo & quasi manu ductus ad eā rē ab Eleazare.

Eleazar autem antequam populus ex derto excederet, patri Aharoni succedens, videtur sibi in Principem Leuitarum substituisse filium suum Phinees: vt apparere

Num. 25,5
&c. aliquo modo potest ex eo quod Phinees ex mediis Iudicibus Israeliticis, quos Mo

fes alloquebatur, proru[m]pens, tam intrepide Zambri & Cozbi transuerberauerit, & ex ea promissione quam Dominus a[cc]tioni illi tam magnanimæ subiecit: deinde ex ea legatione quam obiit apud Rubenitas, Gaditas & Menassitas. denique

Iof. 21,14,
&c. ex eo quod 1. Par. 9. 20. dicitur præfectus fuisse Koritis: cuiusmodi præfecturam dictum est Eleazarē habuisse, dum Aharone adhuc

ad huc superstite Principē Leuitarū ageret.

Vbi terram Chenaan ingressi fuissent
Israelitæ , & Tabernaculum statuissent in
Siloh, terraque dimisæ fuisse inter reliquas
tribus à Leuitica , Iosue ex Dci præscripto
vrbes refugij designat.

Deinde illas aliasque Sacerdotibus &
Leuitis aliis assignat.

In omnibus vrbibus in quibus habita-
runt Leuitæ , verisimile est eos confessum
quendam habuisse , ad quem referrentur
causæ Ecclesiasticæ : docuisse certè verum
est non solùm in illis vrbibus, sed & in aliis,
in quibus etiam verisimile est fuisse loca
quædam destinata precibus solemnibus,
cœtibus sacris , audiendo Dei verbo & fa-
cificiis quibusdā faciendis ex genere Pro-
speritatum. Et fortasse hinc effluxerūt quæ
postea vocata sunt Excelsa (nisi malis ca ex
Chananorū reliquiis cōseruata.) Verisimi-
le enim est loca illa fuisse in editiore ciui-
tatis situ, vel ad ciuitatem ipsam. Imò & ista
videtur fuisse Synagogarum initia.

Hæc aliquo modo confirmantur ex Iud.
6.II.17, & 20, & 13.19, & 1.Sam. 9.12. & 16.2.
& 10.5, & 10, vt paulò infrà fusiūs ista expli-
cabimus.

Constitutis & destinatis vrbibus in qui-
bus Leuitæ habitarent non ita illis viue-

h. j.

niebat ad deportandum Tabernaculū conuenire. Ergo per aliquot annos dicitur substitisse ad Siloh.

Anti. Iud.

5.12.6

1. Chron.

6.4, &c.

Quo tempore Tabernaculum substitit in Siloh, Eleazari in Sacerdotio summo successit Phinees, ipsi Phinees Abischue, ipsi Abischue Bukki, ipsi Bukki Huzzi, huic Eli ex alia familia, nimirum ex familia Ithamar.

Quomodo Eli Sacerdos summus euaserit, non scribitur: sed illud ex eo factū conciui pōrest, quod cūm à Domino designatus fuisset populi Iudex, visus etiam fuit perturbatissimis illis temporibus ad Sacerdotium summū electus: præsertim cūm inter Sacerdotes instructissimus haberetur ab omnibus rebus necessariis ad Reipublic administrationem. Quomodo reliqui Legiūtæ officium suum fecerint, non plane constat.

Certè ut appareat ex historia Sacra Eli etiam ipse maximè ubi in Iudicem & Sacerdotem summum euasisset, parum solitus fuit de restituenda Hebræorum politia tum Ecclesiastica tum Ciuali, intentus fortasse populi libertati: quo effectum est ut etiam domesticos filiorum errores non ita curauerit. Ergo tandem superuenit Samuel propheta simul & Iudex, qui non solum

lum populum in libertatem afferuit, sed & politiam vtranque restituit. De ciuili iam actum est. Ecclesiasticam codem modo restituere cœpit. Quum enim initio illo quo prophetare cœpit, verbum Domini rariſſimum fuisse dicatur, & aliquot pōst annis quamplurimi Prophetæ sub Saulis inaugurationem commemoretur, videtur ipſe primus & excellentissimus Propheta prophetiæ donum atque Prophetatum numerum nobilitasse, ut Sacerdotibus summis admodum in suo munere desidiosis, ac Dei verbo labascenti & penè sepulto succurreret. Igitur Prophetarum collegia instituit, dum Leuitarum confessus restituit, nō uno loco, sed quamplurimis. i. omnibus illis locis vbi cœtus publici à Leuitis celebrari consueuerant, ita vt tum Scholæ publicæ frequentari maximè cœperint. Atq; de his fusius differemus, vbi agemus de politia Ecclesiastica decem tribuum. De cæteris quæ in Ecclesiastica politia euenerūt quo tempore Tabernaculum substituit in Siloh, non ita constat.

Ex Siloh Tabernaculum translatum est, . Sam. 4. 4. ad Nob, sed quo tempore non liquet. Con*&c.* iici potest illud incidisse in desolationem Arcæ captæ. Inde translatum est in Gabaō, Ut apparet ex 2. Chron. 1. 3. quo tempore h. ij.

videlicet Doeg Idumæus est populatus i-
gni & ferro vrbem Nob. Inde postremo
translatum est in Ierusalem, vt disertè tra-
ditur 2. Chron. 5. 5.

1. Sam. 4. 4
& 14. 3, &
18. & 2.
Sam. 11. 12

Arca sæpius deportata est, quoties vide-
licet facti sunt celebres quidam conuen-
tus, aut prælium commissum est, vt appareat
ex illis formulis, Coram Domino, vel, Ad
Dominum, quæ ferè intelligendæ sunt
vel de Arca, vt Iosue 24. 1. Iud. 2. 1, & II. II,
& 20. 1. & 1. Sam. 6. 6. & 10. 17, & 18, & II. 15.
& disertissimè 1. Sam. 14. 36. ex vers. 18. vel
de Tabernaculo, vt 1. Sam. 21. 7. Deportata
igitur est ad bellum quod tempore Eli sus-
cepit est aduersus Palestinos, & ibi ab
hostibus capta. Arca capta per septē menses
apud Palestinos mansit. A Palestinis remis-
sa apud Bethsamitas substituit per aliquot
dies. Postea in Kirjathieharim per annos
viginti, in domo Abinadab, in qua illius cu-
stos fuisse dicitur Eleazar eius filius, caque
gratia solemniter consecratus. Postea ea-
dem illa mansit apud Obed-edom per tres
menses.

In illis Tabernaculi deportationibus
Achitobus nepos avo Eli in Sacerdotio
summo successit, huic Achias, isti Achimé-
lech, nisi fortè idem sit Achias qui Achi-
mèlech.

Post

Post cladem admissam à Doeg ad urbē Nob; Sacerdotium summum vagum fuisse videtur. Abiātharem filium Achimeléch vñctum aut alio aliquo modo solemniter promotum fuisse in Sacerdotem summum probari non potest, & tamen eum Sacerdotio summo functum fuisse verum efficiatur ex eo quod accinctus Ephod Sacerdotis summi de rebus futuris responderit: & in cuius exauthorati locum suffectus Tsadokus dicatur. Denique ex eo quod Sacerdotis summi filius dicitur, atque adeò solus; superstes ex ea familia in qua Sacerdotium summum per annos aliquot perseuerauerat. Atque ut aliquis Sacerdotio summo iniarietur, vñctionē necessariam non fuisse, Nume. 20. solum vestium amictum suffecisse, Hebræi 26. & 28. nostri contendunt, vbi successio non fuisse inteturbata: quod & volunt aliquo modo apparere ex Eleazaris initiatione. Tsadokum autem (qui Abiathari adiungitur tanquam alter Sacerdos summus) non antè vñctum fuisse in Sacerdotem summū constat; quam secundo Salomon Regno inauguratus esset. Perturbatis igitur illis temporibus Abiathar pro Sacerdote summo habitus est, qui etiam ad Arcam Ierosolymis consisteret: Tsadokus autem pro primario inter Secundarios atq; adeò inter h. iii.

s. Chron. 27. 17. 4. omnes qui ad Tabernaculum in Gabaon ministrabant, ut etiam à Dauide Aharonis & familiae præfetus fuit: & tandem Abiathare ex auctorato à Salomone in summū Sacerdotem euaserit.

s. Chron. 1. 41. &c. Arca tandem deducta est à Dauide in arcem Ierosolymitanam, sed longè alio cū apparatu quam cum quo ex domo Abinadab deducta fuerat.

Iam ergo tum incepit David Leuitas in ordinem cogere. Posteros enim Aharonis reliquosque Leuitas ad se conuocasse dicitur, atque ex illis selegisse.

Abiatharem	{ de more Arcam inuoluturos suis aulæis, cāmque exportaturos ex Adyto, in quo erat, & imposituros Leuitis, illāmq; postea ex istorum humeris recepturos, & in suum Adytum abdituros.
summum Sa-	
cerdotem	
&	
Tsadokum	

Primarium	{
ex Secunda-	
riis.	

Ex Leuitis.

Vrielessi	{	Kahatitarum,
Hafajam		Meraritarum,
Ioelem		Gersonitarum,
Schemajam		Elisaphanitarū,
Eliciem		Hebronitarū,
Haminadabū		Huzzielitarum,

qui Arcam suis humeris gestarent.
Hos

Hos ergo ad hanc rem se sanctificare & comparare iussit: fusiisque illis exposuit superiorem Arcæ reductionem pessimè cessisse, quod ex Mosis ritu facta non fuisset. Imò ut etiam ad hanc nihil decesset, illis mandauit ut inter se de Cantoribus ad eam Arcæ reductionem necessariis dispicerent. Illi igitur constituant

Ex Geronitis,	Cymbalistas.
Asaphum Berechiz,	
Ex Kahatitis,	
Hemanem Ioclis, &	
Ex Merafitis,	
Ethanem Kusajæ,	Nablistas.
Ex horum fratribus minoribus natu,	
Zachariam,	
Hazielem,	
Semiramothum,	
Iechielem,	
Hunni,	
Eliabum,	
Mahasiam, &	
Benajam,	
Mattitjam,	Cytharistas.
Eliphlehu,	
Miknejahu,	
Hobed-edom,	
Iehielem, &	
Hazaziam,	
qui & Ben	

h. iiiij.

Cenanjam Principē Leuitarum אַשְׁתָּוֹבֵן, i.
in Prophetia. i. qui præscriberet prophetias quas canerent alij Cantores: vel, in elevatione vocis: hoc est, Supremum Musicū, qui Musicæ tonos apud reliquos moderatur: vel qui voce præiret.

Berechiam } Ianitores anteriores ad Ar-
& } cam, qui scilicet caueret ne-
Elkanam. } quis ppius ad eā accederet,

Ex Sacerdotibus,

Schebanjam,
Ioschaphatum,
Nethaneelem,
Hamasæum,
Zachariam,
Benajam, &
Eliezerem. } Tibicines ante Arcam.

Ex Leuitis,

Hobed-edom }
& } Ianitores posteriores.
Iechijam.

Vbi Arca reposita fuisset apud Dauidem, visum est Dauidi rerum Ecclesiasticarum politiam accuratiū prosequi.

Igitur ad Areæ ministerium designauit viros ex Leuitis sexaginta & octo, & in illis

Asaphum Cymbalistam

Zacha-

Zachariam,
Semiramothum,
Iechielelm,
Eliabum,&
Benajam,
Mattithjam,
Iehielelm,
Hobed-edom,&
Iehielelm qui &
Hazazias vel
Haziel

Nablistas:
&
Cytharistas:

Hobed-edom filium
Iedithum cū filiis &
Hozam ex Meraritis,
& reliquos ad reliqua ministeria circa Ar-
cam.

Ex Sacerdotibus,

Banajam
&
Iachazielelm,
Abiatharem, Ministrantem apud Arcam.

Tibicines:

Ad ministerium Tabernaculi quod erat
in Excelso ad Gabaon destinatus est
Tsadokus eiusque
fratres ex genere Sacerdotali,
Ad offerendum iuge
sacrificium.

Heman,
Ieduthun,&
alij suis no-
minibus de-
signati. } Tibicines,
Cymbalistæ, & ad reliqua
instrumenta Musica.

Filiij Ieduthun Ianitores.

Festis verò solemnioribus etiā ad ipsum
Tabernaculum astabat Asaphus ipse ad
Dextram Hemanis fratris, consistente E-
thane seu Ieduthune ad Hemanis sinistrā:
Ethan Heman Asaphus,
reliquis Leuitis officium suum faciébūs.

i. Chron.
23.1, &c.

Dauid confisus promissionei Nathaniis
de templo ædificando ab eius filio, post-
quam illi optimè successisset in componen-
dis muneribus Ecclesiasticis cùm ad Arcā
tum ad Tabernaculum Dei in Gabaon, illi
præsertim moribundo viſum est de illis a-
gere quæ necessaria erant Templo con-
structo eo modo quem filio præscripserat
& delineauerat.

Ad eam rem facilius conficiendam cen-
sum egit Leuitarū quos recēsuit ad 38000.

Ex illis constituit 24000 ad opus Āedis
Domini.i.ad obeunda illa munera quæ Ā-
dis sacrae maximè propriā videbantur, de
quibus i. Chron. 23.28, & 29:

Quater mille Ianitores:

Quater mille Cantores:

Et

Et sexies mille Iudices & Præfectos.

Opus Ædis Domini curabant	Sacerdotes,	Summus,
	Administri eorum ad rem sacram,	Secundarii magis illustres.
	&	Principes rerum Sacrarū,
	Quæstores rerum sacrarum.	seu Templi.

Ex secundariis magis illustribus prior propriè vocatur בָּנֵר בְּנֵי הַלְּוִיִּת. i. Dux Ædis Dei, posterior רְקֹדֶשׁ. i. Legatus, ille in reliquos Sacerdotes, Principes tribus Leui inquirebat, in Kahatitas, eorumque munus & diligentiam: hic Gersonitas & Mefaritas. Vide suprà cap. 7. & paulò infra sub fine istius capititis.

Summum Sacerdotium cessit Abiathar. ^{1. Chron. 27. 17.} Primarium in Secundariis duobus, Tsadoko: ita tamen ut iste in Siloh esset ad Tabernaculum, ille vero Ierosolymis ad Arcam.

Abiathar igitur (qui & Achimelech & Abimelech dicitur) summus semper Sacerdos à Davide agnitus est, & Ephod sacro, ministerioque ad Arcam Ierosolymis consistente donatus est. Tsadokus autem prior fuit ex Secundariis magis illustribus, & ministerio primario ad Dei Tabernaculum quod in Gabaon restabat, præfetus: quasi etiam sic paulatim pristinæ maiorū digni-

tati, hoc est summo Sacerdotio restitui inciperet. Atque eius rei præludia quedam extiterant viuēte etiam Danide, cùm Tsadokus in Sacerdotem (summum videlicet) vncius est. Vide & paulo supra in civili politia.

Sacerdotum			
Principū Tēpli,	Munus	13.	soitc
Administrorū	descri-		in 24.
rei sacræ	ptū 1.	28.29.	vices
Cantorū,	Chro.		distrī
&	23.	30.31.	butū
Ianitorū,	vers.	32.	est.

Vices Sacerdotum.

1. Iojarib	13. Chuppai
2. Iedahja	14. Ieschebeab
3. Harim	15. Bilga
4. Sehorim	16. Immer
5. Malchija	17. Chezir
6. Mijamini	18. Happirstsek
7. Hakkots	19. Pethachja
8. Abija	20. Iechezkel
9. Ieschuah	21. Iachin
10. Schecanja	22. Gamul
11. Eliaschib	23. Delajahu
12. Jakim	24. Mahazjahu.

Præter has vices Sacerdotum erat summus Sacerdos, crant & Secundarij duo maximæ

maximè illustres, de quibus suprà.

Ad Sabbathā singula desinebant vicissitudinariæ istiusmodi functiones: ita vt ab euntes alij exciperent ad primum diem Hebdomadis in sequentis, vt appareat ex 2. Reg. 11.5, &c. Atque hoc in aliis etiam subsequentibus vicibus obtinuisse videtur.

Vices Administrorum.

1 Schelomith	{ Schim hitæ	{ Lahda nitæ seu Libnitæ	
2 Chaziel			
3 Haran			
4 Iachath			Ger
5 Zina			scho
6 Beriha			nitæ.
Iehusch			
7 Iechdeia Gerfonita	{ Amra-		
8 Lischija Elihezrita			
9 Iachath Iitsharita			mitæ.
10 Ierija			
11 Amarja	{ Hebronitæ.		Kaha-
12 Iachaziel			titz.
13 Iekainhā			
14 Schamir			
15 Zecharia	{ Huzielitæ.		
16 Iahazia			
filius			
17 Schoham	{ Iahuzitæ		
18 Zaccur			
19 Hibri			Meraritz.

20 Eleazar & eo mortuo filij Kisch
 21 Ierachmee Machlī
 22 Machlī
 23 Hédher Musitæ
 24 Ierimóth Meraritæ.

Vices Cantorum.

- 1 Joseph, fratres eius & filij 12. Asaphi.
- 2 Ghédalja, fratres eius & filij 12. Jeduthunis,
- 3 Zaccur, fratres & filij eius 12. Af.
- 4 Jitsrī, fratres & filij eius 12. Ied.
- 5 Nethania, fratres & filij eius 12. Af.
- 6 Bukkija, fratres & filij eius 12. Hemianis.
- 7 Iesareela, fratres eius & filij 12. Af.
- 8 Ieschahiahū, fratres & filij eius 12. Ied.
- 9 Methanja, fratres & filij eius 12. Hem.
- 10 Schimhi, fratres & filij eius 12. Hem.
- 11 Hazareel, fratres & filij eius 12. Hem.
- 12 Chaschabja, fratres & filij eius 12. Ied.
- 13 Schubael, fratres & filij eius 12. Hem.
- 14 Mattithja, fratres & filij eius 12. Ied.
- 15 Ieremoth, fratres & filij eius 12. Hem.
- 16 Chananja, fratres & filij eius 12. Hem.
- 17 Ioschbekascha, fratres & filij eius 12. Hem.
- 18 Chanani, fratres & filij eius 12. Hem.
- 19 Malt-

- 19 Mallothi, fratres & filii eius 12. Hem.
 20 Elijahtha, fratres & filii eius 12.
 21 Hothir, fratres & filii eius 12.
 22 Ghiddalthi, fratres & filii eius 12.
 23 Machazioth, fratres & filii eius 12.
 24 Romamtihezer, fratres & filii eius 12.

Hem.

Vices Ianitorum.

Et quod ad Ianitorū vices & sortes attingit, postremi omnium recensiti sunt Ianitores, eorumque vices & sortes per stationes seu loca portarum quas custodituri erant, designatae sunt.

Ex familia Zachariæ filij maioris natu Mesellemiæ Asaphitæ & Koritæ, quatuor ad Aquilonem per diem destinati fuerunt. Ex reliquis vero ciudem Mesellemiq; filiis, sex ad Orientem.

Ex Hobed-edō Ieduthunita & Merarita, & quadam filiorum parte quatuor ad Meridiem.

Ex altera bini ad duo Concessuum loca.

Ex Schuppim & Chosa Meraritis, quatuor ad Occidentem ad viam, eorumque duo ad Parbar: vel, ut alij volunt, eorumq; bini erant ab Parbar.

Horum quidam nominatim ad viginti quatuor designati sunt.

Ex Mesellemitis A-	13 Hammiel,
saphitis & Koritis.	14 Iissachar,
1 Zacharias,	15 Pehullathi.
2 Iedihael,	Ex Schemahiaæ supe-
3 Zebadja,	rioris primogeniti
4 Iethaniel,	Obed-edom filii.
5 Helam,	16 Hothin,
6 Iechochanan,	17 Rcphoel,
7 Eljehohenai.	18 Hobel-clzadab,
Ex Obededomitis q̄	19 Elihu,
i - & Ieduthunitæ &	20 Semachia.
Meraritæ erant.	Ex Chositis Mera-
8 Schemahja,	ritis,
9 Iehozabad,	21 Schimri,
10 Ioach,	22 Chilkija,
11 Sachar,	23 Tebalja,
12 Nethaneel,	24 Zecharja.

Hi verò ita nominatim designantur,
quod inter suos fratres maximè illustres es-
sent, & fortasse secundis sortitionibus præ-
essent, ut colligi aliquo modo potest ex 2.
Chron. 26. 12.

1. Chron.
26. 12.

2. Reg. 12. 4
aut 5.

Quod verò ad Quæstores rerum Sacra-
rum attinet, Thesaurorum Sacrorum duo
fuerunt genera. Quidam enim erant Pri-
mitiarum & decimarum. Alij aliarum re-
rum Deo sacrarum aut etiam consecrata-
rum. Eiusmodi videntur fuisse vota co-
rumque redemptiones, item & primoge-
nitio-

nitorum, Sicli, Sanctuarij, denique omnia illa quæ in pecuniam redacta Templo offerebantur. Nam pecuniæ pro peccato & ^{2. Reg. 12.} pro delicto, Sacerdotibus afferebantur, ut ^{16. aut. 17.} ex illis sacrificia pro peccato & delicto offerrentur.

Ex Thesauro posterioris generis depro mabantur quæ erant necessaria ad Sacrificium iuge, Sacrificia Sabbathorum, Neomeniarum & festorum solemnium, Aromata, Vnguēta, Similam, Libamina yini & olei, Thus & panes Propositionis.

Ex Thesauro prioris generis dabantur Sacerdotibus & Leuitis suæ portions.

Tertius quidam fuit Thesaurus ante Templum constructum, nimirum Anathematum extraordinariorum.

Achias qui & Iechiel ex Lahdan seu Libni ex Gersono primogenito Leui, præfuit his omnibus Thesauris.

Duo eius filii Zetham & Iobel eius Legati fuerunt ad Thesauros posterioris generis. Disertè enim traditur eos fuisse præfectos Thesauris Ædis Iehouæ, pro Amramitis (seu vt necessaria suppeditarent Amramitis) Lisharitis, Chebronitis & Huzielitis, qui maiore ex parte præfecti fuerunt illis rebus parandis & componendis quæ comparabantur ex tributis The-

saurorum posterioris generis. Amramitæ fuerunt Sacerdotes quibus incumbebant sacrificia facienda eorumque Libamina, Aromata & vnguenta. Ijtsharitæ videntur ex 1. Chron. 9. 32. panes propositionis ador nasse. Chebronitas & Vziclitas hæc etiam aliquo modo tractasse verisimile est, vel similam Mincharum & placentularum, libamina atque thus ipsum, res frigendas & torrendas ex 1. Chron. 23. 28.

Schebucl ex Gersomo primogenito Moses fuit Legatus Achiae seu Iechielis ad Thesauros prioris generis, ita ut eius fuisse videatur Sacerdotibus & Leuitis suas assignare partes,

Schelomith ex Eliezere filio minore natu Mosis, fuit Legatus Achiae seu Iechielis ad Thesauros Anathematum extraordinariorum ad Templi constructionem deuotorum.

Quia vero Iechiel his omnibus superior fuit, anathemata ista ei commissa dicuntur 1. Chron. 29. 8.

Præter Leuitas ad Tabernaculi munera adhibebantur Gabaonitæ reliqui ex clade Saulis: qui cum pauciores essent quam qui sufficerent ad Aedis sacræ ministerium, adhibiti sunt ad illud præter eos quidam à Davide & postea à Solomone, qui omnes cum

cum reliqui Gabaonitæ, tum illi qui à Davide & à Solomone traditi fuerant, Nathinæ dicti sunt, quasi dedititij seu ascriptitij.

Eorum munus erat curare aduehenda ligna ad Ædis sacræ ministerium necessaria, atque adeò ea aduehere, item & aquam.

Leuitarum qui alia munera extra Tempulum obibant, hoc est, ad Iudicia adhibebantur, quidam Iudicia ciuilia, ordinariis iudiciis videlicet illis adiuncti, de quibus supra, quidam Ecclesiastica tractabant.

Qui ad Ecclesiastica iudicia adhibebantur, erant vel Ierosolymis vel in aliis urbibus Leuitarum & præcipue refugij.

Ierosolymis præcipue, sed & in aliis illis urbibus Iudicium Ecclesiasticum non solum constabat ex præcipuis Sacerdotibus si qui ibi aderant, aut si non aderant, ex præcipuis Leuitis, sed (vt apparet ex Jerem. 26.) etiam ex Prophetis: qui erant cum ex ipsis Sacerdotibus, tum etiam ex Leuitis, imo & ex aliquibus ex ipso populo.

Prophetæ non solum extraordinarij erant, sed & ordinarij: qui videlicet in Scripturis per se vel cum præceptoribus in scholis promouerant, qui & Scribæ & Legisperiti eo nomine paulò post hæc tempora dicti sunt. Vide & infrà capite 16.

Atque hæc politia durasse videtur tem-

pore Solomonis, quam tamen non ita semper eodem modo curauerit. Eius temporibus Tsadokus prorsus & solus summo Sa-
cacerdotio restitutus est abdicato Abiathare qui ab Adonia steterat, domumque re-
misso, ut ibi priuatus viueret. Vnde fit ut ille Abiathar qui Sacerdos adiungitur Tsadoko in Solomonis historia aliis ab illo vi-
deatur, & praefectus ministerio Taberna-
culi ad Gabaón, vsque ad conditum tem-
plum, tanquam prior ex duobus secunda-
riis magis insignibus fuerit: interea dum
Tsadokus apud Arcam Ierosolymis con-
sterneret. Vide & suprà in ciuili politia cap. 10.
Roboami tempore res diuisi regni atq;
adecò Ieroboami malitia ferre nō potuerūt,
vt hæc magnificentia eadem esset, durauit
tamen vt potuit: vnde Abias rex exprobrat
decem tribubus quod tota illa ratio politiæ
Ecclesiastice apud eas esset sublata quæ Ie-
rosolymis adhuc vigeret.

y. Chron.
13.10. &c.

Porrò hinc prætereundum non est, non
solum ex Regni diuisione & decem tribuū
secessione perturbatum fuisse politiæ Ec-
clesiastice ut & Civilis cursum in regno Ie-
huda, sed & ex idololatriis: quæ à Solome-
ne primùm inuectæ à permultis eius postce-
ris subinde reuocatæ & frequentatæ sunt: à
paucis abolitæ, atque adeò genuinus Dei
cultus

cultus restitutus. In hoc verò inter paucos illos Ezechias & Iosias maximè excelluerunt, quod præter restitutam Ecclesiasticā politiā, nō modò propositis Edictis Excel-sorum abusum abrogarunt (quod & pīj alij Reges ante eos eadem via tentauerant) sed & ea penitus deleuerunt, postquam illis populus omnino abutebatur.

Iosaphatus autē politiā vtrāque quę eius tempore aliquantulū cōciderat, pristino nitorī restituit: atq; vt ad eam rem viam sterheret, ex Sacerdotū genere duos Elischamam & Ichoramum, ex Leuitis Semeiam, Nethanjam, Zebadjam, Hasaelem, Semiramothum, Ichonathánem, Adonijam Tobijam & Tob-adonijam cum quibusdam ex suis Proceribus misit per regni sui vrbes, à quibus Lex doceretur. Deinde & ipse suos inuisit omnes, & apud eos iudicia cūm Ecclesiastica tum Ciuitia restituit, eo quo diximus modo suprà cap. ii. Inde igitur repetenda erunt quæ huc p̄tinent.

Tempore Athaliæ cultus sacer prorsus concidisset, nisi Iojada summus Pontifex in ea tempora incidisset, qui Ioam regno inaugurauit: quique cūm ante inaugurationē Ioa, tum etiam pōst adiutus & admónitus à Ioa Templum & Templi ministros pristino statui qui tempore Ioram, Ochoziæ,

atque adeò ipsius Athaliae admodum perturbatus fuerat, restituit.

s. Reg. 130. Hoc duntaxat Ioas innouauit vt quia à Leuitis impetrare non potuerat, vt ex pecuniiis quas illi recipiebant ex Siclo celsus, ex redēptione vototum conceptorum de personis, atque ex spontaneis oblationibus (quae certè ad Thesauros prioris generis pertinebant) ruinas Templi instaurarent (sicut & à Deo ipso Siclus census & spontaneæ oblationes ad Tabernaculi constructionem adhibita fuerant) vt, inquam, in arcam quandam ad operculum ea gratia perforatum pecuniae illius generis collerentur, & inde illæ à Sacerdote summo, vel ex secundariis primario, & Regis Scriba assumerentur: atque è vestigio ad illas Templi ruinas instaurandas insumerentur. Cum verò opus istiusmodi absolutum fuisset, rursus genuinus carum usus reuocatus est.

s. Chron. 26.16, &c. Tempore Vziae seu Azariae Regis optimè constitutam fuisse politiæ Ecclesiasticæ disciplinam arguit factū illud Azariae summi Sacerdotis: qui tam præsenti animo Regem illum Azariam seu Vziam cum octoginta aliis Sacerdotibus ab ipsius Sanctuarij aditu, & suffitu ad illius altare faciendo reuocauit.

Eze-

Ezechias regno inaugurate Sacerdotes ^{2 Chron.}
 & Leuitas cōuocat, & apud eos agit de re- ^{29.3.}
 purgando Templo, & politia Ecclesiastica
 redintegranda ex Dauidis præscripto.

Quod & præstítit quantum potuit ac- ^{vers. 27.}
 curatissimé. ^{&c. 31.2.}

Hoc tamen non fuit in politia ab Eze-
 chia restituta, quod Dauid instituerat de
 Quæstore Thesauri ex quo suppeditabatur
 quod necessarium erat ad sacrificia ordi-
 naria Ædis sacræ, Iuge videlicet, Sabbatho-
 rum, Neomeniarum, &c. Nam Rex illa vo-
 luit de suo suppeditari.

Fuerunt certè Thesauri ab eo restituti
 non solum primitiarum & decimarum, sed
 & rerum consecratarum Deo: verūm alio
 modo distributi, nimirum Sacerdotibus &
 reliquis Leuitis solis in eorum usum.

Illi autem vel Ierosolymitani erant, vel
 incole aliarum vrbium Iudaici regni, vel e-
 tiā insularum & suburbiorum.

Congerendis & cumulandis illis The-
 sauris præcerat Cananias Leuita, eiūsq; Le-
 gatus erat minor eius natu frater, Schimhi.

Distribuendis illis apud omnes Leuitas
 Ierosolymitanos subpræfecti erant Ie-
 chiel, Hazazjahu, Machath, Hasaēl, Ieri-
 moth, Iozabad, Eliel, Iismachias, Machath
 & Barxias.

Distribuendis verò apud alios omnes
Leuitas, quām Ierosolymitanos, præcerat
Kore filius Iimna Leuita & Ianitor Orien-
talnis, quasi etiam iam tunc Ianitores præ-
sent asseruandis Templi thesauris.

Huius subprefecti fuerunt in urbibus Ie-
huda Hedhen, Minjamin, Ieschua, Sche-
mahja, Amarja & Schechanja.

Quæstores istiusmodi (vel certè alij)
præfuerunt accensendis familiis Sacerdo-
tum atque Leuitarum omnium tam Iero-
solymitanorum quām aliorum: ita ut ma-
res primūm omnes numerarentur qui ter-
tium annum superarent.

Deinde ab iis recenserentur qui nati e-
rānt viginti annos, secundum eorum mu-
nera & prouincias.

Tertiò etiam ab iis recenserentur omnes
eorum pueri [paruuli] eorumque uxores,
filii & filiae, ita ut eorum fide & prudentia,
qui ex Leitarum familiis erant, ad res Sa-
cras admitterentur.

Quinetiam Sacerdotibus maribus qui
operi rustico operam dabant in suburbis
urbium quæ Sacerdotibus assignatae fue-
rant, illi iidem portiones suas distribuebāt:
atque adeò omnibus iis qui ex genealogia
in Leuitas accensebantur. Hæc verò ita re-
petita 2. Chron. 31. 19. respicere videntur
Leui-

Leuitas & Sacerdotes qui propter vitium aliquod, munus Leuiticum obire non poterant.

Huius ætate admissa sunt quædam aduersus ceremonias Ecclesiasticas, vt quòd Leuitæ victimas excoriarint, vt & postea euenerit tempore Iosiaæ (cùm illud Sacerdotum esset ex Leuit. 1.6.) quòd ab vniuerso populo celebratum sit Paſcha mense secundo: quòd Leuitæ Paschales agnos eorum qui immundi ad festum confluxerant, im- molarunt: quòd & immundi de illis agnis ederint: sed quæ omnia idoneas habeat ex- cusesationes.

Tempore Iosiaæ res Ecclesiasticæ admodum perturbatae paulatim restitutæ sunt. Quum enim repurgasset Ichuda, Ierosolyma & tribus Menasse, Ephraim, Simeonis & Naphtali: & delubra omnia, lucos, idolaque sustulisset, conuertit se ad Templi ruinas sarcendas: atque ad eam rem mittit ad Chilkiam Sacerdotem summum tres ex suis proceribus qui vñà cum ipso Chilkia pecuniam ex Iudeis omnibus collectam ab ipsis Leuitis, dent Leuitis qui operi Tem- pli præerant, vt illud artificibus ipsis postea in manum træderent.

Præfecti illi duo numerantur Iachath & Hobadja, Leuitæ ex Meraritis. Illis vi-

dentur adiuncti duo Zecharja & Meschulam ex Kehatitis, qui opus vrgerent: ita vt ex Leuitis qui intelligētia valerent ad Cātica adhiberentur, & super onera (seu super aduectores. i. ad ea inspicienda & obseruanda quæ in Templum aduochabantur ad illud instaurandum) & vt exactores es- sent cuiuslibet operis quod tum in Tem- pli instauratione fiebat: quinetiam ex Leuitis erant Scribæ, Præfecti & Ianitores. Hoc non solū referri potest ad proposi- tūm ipsum instaurationis, sed & eò vt dica- tur Iosias adhibuisse Leuitas ad iudicia Ec- clesiastica & Ciuitia: & Scribarum nomen Legisperitum significet.

s. Reg. 17. Dum hæc accuratissimè fiunt, reperitur liber Legis à Chilkia, & Regi affertur, qui consulta Prophetissa Holda, coagit Iefo- solyma Seniorcs Iehuda & Ierusalem. i. Syncedrion summum, vnā & Chiliarchos, Centuriones, &c. atque ipse postea vt o- mnis vir Iehuda, & omnes ciues Ierosoly- mitani, Sacerdotes, Leuitæ, & Prophetæ (i. Scribæ seu Legisperiti, vt exponit Io- nathas) & vniuersus populus à minimo ad maximum usque, ascenderūt in Templum. Ibi perlecta Dei Lege, Rex fœdus cum Deo de ea implenda renouat. Et statim præcipit Chilkia Sacerdoti summo & Sa-

cer-

Cerdotibus Secūdariis (i.e. duobus aliis pre-
cipuis, vel etiam reliquis aliis) & Ianitori-
bus ut Templum repurgent.

Vbi Iosias progressus fuisset in instau- ^{s. Chro. 35}
rando Dei cultu, restituendos curauit Le-
uitas suis vicibus & functionibus.

Tres nominantur בְּנֵי יְהוָה חֶלְכִים i. du- ^{2. Chron. 35. 6.}
ces Templi Chilkias, Zecharja & Iechiel.
Chilkias est Sacerdos summus. Zecharja
videtur esse prior ex Secundariis magis il-
lustribus, ille videlicet qui propriè dicitur בְּנֵי דָבִיד Dux Templi: qui erat ex po-
steris Eleazar, & præerat reliquis Sacerdo-
tibus, Principibus tribus Leui, atque ad cò
ipsi Kchatitis.

Iechiel videtur esse posterior ex Secun-
dariis magis illustribus qui propriè לְפָנָיו i.
Legatus aut subpræfectus dicitur: qui pri-
mus erat ex progenie Ithamar, & præfe-
ctus Gersonitis & Meraritis.

Sex nominantur Leuitarum principes,
Chananja, Schemahja, Nethaneel ciusque
fratres, Chaschabja, Ichiel, & Iozabad.

Initio regni Eliakim (qui & Ioakim)
confirmati à Nebuchadnetsare, vel etiam
mensibus aliquot post eum inauguratum à
Pharaone Necho, Sacerdotes. i. Sacer-
dos summus & Secundarii atque reliqui a-
lii vna etiam & ipsi Prophetæ. i. vt inter-

pretatur Ionathas, Scribē, hoc est Legisperiti, qui videlicet Legis interpretationē & cognitionē profitebātur; vel qui saltem se pro talibus venditabant, siue essent Leuitæ siue ex alia tribu, vna & ipse populus. i. Iudices & Seniores populi (si velis) Ieremiā morti adiudicant, sed Synedrion sumnum eum liberat, ut suprà attigimus.

Terem. 29. Anno primo Tsedekiæ Tsephanja filius Mahaziæ [principis postremæ vicis Sacerdotum, & proinde ex posteris Eleazaris] idémque Sacerdos & Propheta, ut se iactabat, eum habet honorem ab alio quodam Pseudopropheta, ut dicatur substitutus in locum Iojadæ Sacerdotis (qui vel nuper demortuus fuerat, vel certè in captiuitatem deductus) ut tanquam præfectus Templi cōiceret in carcerem & compedē omnem virum infānum & prophetantem.

Atque hic videtur illud ipsum munus obiisse quod Zecharja ille de quo suprà, ita ut reliquis sacerdotibus præcesset cōsque moderaretur: vnde & eorum fit mentio in epigraphe epistolæ quam ille Pseudopropheta Schemahja Neschlamita ad eum Tsephanjam scribit.

Jer. 31. 1. Eius ipsius fit mentio Ierem. 21. i. item & Paschur filij Malchiæ Principis quinta vicis Sacerdotum & proinde ex posteris Eleazaris.

Eleazaris.

Cap. 20.1, Ieremias meminit Paschur filij Immer Principis decimæ sextæ vicos Sacerdotum, & proinde postremæ ex posterioris Ithamaris, qui dicitur נָכִיר פְּקִידָה. i. Legatus dux in Templo, hoc est ita dux ut posterior esset ex Secundariis & postremus ex tribus Templi ducibus.

Anno nono Tsedekiæ Nebuzardan deportasse dicitur Serajam summum Sacerdotem & Tsephanjam Secundarium, ex tribus videlicet Templi ducibus, hoc est præcipuum inter duos Secundarios, ex stirpe Eleazaris: & tres custodes liminum.

C A P V T X V I.

De politia Ecclesiastica decem tribuum.

Propter Idololatriam quam inuixerunt ipsi Reges ne videlicet populus alioqui religiosus (aut certè supersticiosus) Ierosolyma rediret, & tandem ad Reges Ichuda defleteret. Ea tamen vtcunque bipertito diuidi potest, in Piam videlicet, & Idololatricā. Idololatrica (ut Satan simia Dei est) ad genuinæ illius exemplar ficta est: nisi quod morosam in mores inquisitionem nullani

habuit. Habuerunt autem ad sua idola præcipua Sacerdotes qui & כהנים. i. Sacerdotes vocabantur, apud decem tribus æquè atque apud Regnum Ichuda. Habant & כהנים. i. Atratos & Pullatos homines ad superstitionem magis honestandam, qui Leuitis ex aduerso responderent.

Pia duos duntaxat ordines habuit apud decem tribus, Prophetarum videlicet & Seniorum. Sacerdotibus enim Aharonicis aliisque Leuitis non licuit illic munus suū obire.

Prophetæ alij erant muneri ipsi propheticō obcundo præfecti, alij discipuli tantum, qui ea de causa Hebraicè Filij Prophetarū vocātur. Rursum inter Prophetas illos videtur unus aliquis supereminuisse tanquam ἀρχεπίσκοπος: quales fuerunt Elias & Eliseus, qui loca omnia obibant, ubi erant & Scholæ & Ecclesiæ.

Propheticum munus situm fuit vel in docendo, vel in regēdis Ecclesiæ actionibus.

Docendi munus duplex fuit, in Schola videlicet & in Ecclesia.

In Scholis Prophetarum discipuli aliquando sedere dicebātur coram ipsis Prophetis, aliquādo verò stare corā Domino.

Sedere dicebantur quando Prophetarum lectionibus operam dabant, unde & Scholæ

Scholæ seu Academiæ Hebraicè dicuntur
שׁוֹלָה, i. Sessiones.

Stare verò coram Domino, quando vel ex ipsis Scholis seu Prophetarum collegiis, vel etiam ex vniuersa Piorum Ecclesia, Prophetarum discipuli mittebantur ad obeundum Prophetiæ ministerium: præeuntibus videlicet precibus & manuū impositione, quasi ita Domino sisterentur, & ab illo vocationis suæ mandata acciperent, & proinde meritò se à Deo missos dicere possent, vocationēmque suam aduersus quaslibet calumnias, & hominum contumaciam asserere, vt Elias & Elisæus faciūt. Atque ex hac phrasi & consuetudine Abrahæ Hezra acutissimè explicat quod Ionas dicitur fugisse מִצְרַיִם. i. Ab ad præsentiam Domini. i. à loco in quo Prophetæ mitten- di ad Prophetiæ ministeriū Deo sisteban- tur, & in quo Deus luculentiorem sui præ- sentiam exhibebat.

Seniores erant qui in mores & vitam Piorum virorum qui Piis Ecclesiis illius Regni nomen dabant, inquirebant, & reprehensionibus censurisque Ecclesiasticis animaduertebant.

Horum Seniorum & reliquæ Ecclesiæ cœtus & actiones moderabantur Proph- 3. Reg. 6.
tex: ita vt ad Prophetæ domum aliquando 32

Seniores conuenirent.

Prophetæ eorumque exercitia in urbis
bus celebrioribus erant.

Porrò politiæ huius vtraque forma o-
mnino desit, imò & ciuilis illa de qua su-
prà cap. 12. vbi decem Tribus ab Assyriis
deportatæ fuerunt. Neque vnquam earum
vlla in earum Tribuum ditione instaurata
est, nisi sub Ierosolymitanorum auspiciis.

C A P V T X V I I .

*Politia Ecclesiastica in captiuitate
Babylonica.*



Am inde à tertio anno Iehoja-
kim in quo Nebuchadnetsar
cœpit Iudeos in Chaldæa de-
portare, Iudei in Babylonia a-
liqueim Seniorum cœtum habuerunt, item
& Prophetas, tum yeros tum falsos, quos
audiebant. sed quām perturbata ibi fuerint
omnia, testantur historiæ Sacræ, Ieremias,
Iechezkel & Daniel.

C A P V T X V I I I .

*Politia Ecclesiastica post redditum ex captiu-
itate Babylonica.*



Vum facta fuisset potestas Ju-
daïs redundi in patriam, tan-
dem ex omnibus Sacerdotum
vicibus & ordinibus quinque
reper-

reperti sunt.

Sūmus sacerdos Ieschuah

Ex Tsa^z
doki } Dux Tēpli secūd^o Serajas } & a-
poste- } & inter alios secū- } lij,
ris darios Sacerdotes
primarius,

Ex Charim principis viciis tertiae 1017

Ex Malchiē principis quinte, quæ
tribuitur Paschur, viro in illa
familia per celebri, ut appareat
ex 1. Chron. 9. 12.

1247

Ex Ieschuah principis nonē, quæ
tribuitur Iedahjæ 973

Atq; hi sunt ex posteris Eleazaris.

Ex posteris Immeris princi-
pis decimæ sextæ viciis Sa-
cerdotū & postremæ ex
Ithamare 1052. qui-
bus præerat

vnus זבדיל, Zabdiel, qui vel eo nomine di-
citur זקן quod Ithamaritis præcesset, vel
quod Legatus fuerit Serajæ ducis Templi
ad Ithamaritas & reliquos Leuitas, ita ut
postremus fuerit ex tribus Tēpli ducibus.

Atq; hi omnes patres seu capita
familiarum appellantur.

Ex his delecti fuerunt Principes Sacer-
dotum, id est (ut Hebræi interpretantur, &
k, j.

verum esse videtur ex Hezræ 6. 18.) vicum dudum à Davide institutarum Principes viginti duo qui nominatim designantur Nechem. 12. ita ut etiā nominetur ibi quidam Abia ex cuius vice credam fuisse Zachariam patrem Ioannis Baptistæ.

Ex Leuitis filiis Ieschuę, & Kad-

mietis filiorum Hadauię

74

Ex Cantoribus filiis Asaph

148

Ex Ianitoribus seu Ianitorum
filiis

138

Ex his quidam adhibiti sunt ad opus ipsius Templi, quidam vero ad opus externum.

Administrī

Illorum ergo } rei sacræ,

quidam fue- } Cantores,

runt. } Ianitores, &

Quæstores.

Administrī rei Sacræ in posteriore Templo tot initio fuisse quot in superiore fuerant, verisimile non est, vices tamē aliquot eos habuisse certissimum est ex Hez. 6. 18. per quas vacarunt quibusdam ex illis munib⁹ & prouinciis, quibus illi rei Sacræ Administrī à Davide præfecti fuerāt, vt appearat ex 1. Chron. 9. Quia ergo ipsorum administrorum numerus, ordinariis corū munib⁹ non sufficiebat, ad ea assumpti sunt ex Ianitoribus.

Ex

Ex illis ergo præcipui quatuor præerat
cubiculis & Thesauris Templi.

Ita ut ex illis aliquis præficeretur vasis
ministerij, hoc est vestibus, tapetibus, & re-
liquis id genus, quorum maximus erat usus
in Sanctuario, quæ non solum dicuntur
נְבָנָה וְלֹבֶן. i. vasa seu arma cultus [Diuini vi-
delicet,] sed & בְּגָדִים שְׁמַדְרָה. i. vestes ministerij.

Alij ex eodem ipso numero præficeren-
tur vasis, vasis inquam sanctificatis (seu san-
ctificari solitis) qualia erant instrumenta
aurea, argentea, ænea, ferrea, &c. deinde &
similæ, vino, oleo, thuri, & aromatis.

Vnus Mattithja primogenitus Sallumi
primarij inter Ianitores quatuor, præerat
operi sartaginum.

Filij Kaathitarum præerant parandis pa-
nibus Propositionis.

Ad reliqua alia munera propria admi-
nistrorum rei Sacræ, illi pauci qui ex Leui-
tis aliis restabant, adhibiti sunt.

Ianitores quatuor erat præcipui ad qua-
tuor mundi plagas, quos verisimile est ita
suo muneri prospexit ut quam potuerint
accuratissime suorum vices descriperint,
& conformarint ad eas quæ à Davide &
Solomone institutæ fuerant.

Quatuor etiam illi in circuitu Templi
commorabantur, quod præcipuum custo-
k. ij.

diendi Templi prouinciam subiissent, ni-
mirum cubiculorum & thesaurorum Tēpli.

Hi etiam singulis mane Templi fores a-
periebant.

Quatuor illi præcipui numerantur Sal-
lum, Akkub, Taimon & Achimam.

Cantorum tres videntur fuisse ordines
præcipui, ut ab ipso Davide instituti fuerat.
Ad dextram. Ad medium. Ad sinistrā.
Mattanja ex Babbukja ex frā Habda
filiis Asaphi, tribus Mattanjæ, ex poste-
cui hoc etiā vel quia erat ex ris Iedi
incumbebat posteris Heman thūn.
ut reliquis fratris Asaphi, vel
in cātu p̄e quia erat ex ipsiſ-
iret, eosque met fratribus Mat
moderare tanjæ, quod nulli tum Iero-
tur. solymis essent Hemanitæ.

Dubium non est quin ex his constitutæ
fuerint vices, & quantum fieri potuit vici-
bus superioribus olim à Danide institutis
accommodatae. Ex filiis Asaph cantoribus
erant qui inspiciebant in opus Templi.

Nechem.
11.22.

Nechem.
12.43.

Quæstores fuisse verisimile est alios ab iis
quatuor qui præcipui erat inter Ianitores,
ut ex his apparet quæ ad postrema tempora
Nechemi e cœuerunt. Superiores illi qua-
tuor præerant cubiculis in quibus reposita
erant vasa Templi, & thesauris posterioris
gene-

generis, hi verò thesauris prioris generis.

Nathinæi vna & filij seruorū Solomonis quāplurimi fuerūt, iisdem prorsus muneri- bus destinatī quibus in Tēplo Solomonis.

His omnibus Leuitis vt & eorum maio- tibus distributæ fuerunt suæ vrbes & pagi.

Vnde Néchem. ii. describuntur qui ex his, Ierosolymis manserunt, qui verò extra Ierosolyma mansisse celiendi sint.

Leuitarum qui Ierosolymis manserunt, caput & dux præcipuus vel potius præfe- etus sub Sacerdotum auspiciis, fuit Huzzi ex Asaphitis, nisi quis velit hoc intelligen- dum & restringendum ad Cantores quo- rum dux fuerit istiusmodi Huzzi.

Nathinæos omnes verisimile est (hoc c- tiam satis diserte declarante Néchemia) habitasse Ierosolymis ad Arcem Hophet. Illis duo præfecti dicuntur Tsicha & Gispa.

Atque hic ordo præfertim Cantorum & Ianitorum persenerauit tempore Ioakim & Eliaschib summorum Sacerdotum, ita vt illis pauci Leuitæ adiuncti essent: quinimo usque ad tempora summi Sacer- dotis Iaddi durauit ordo de quo suprà, non solùm Leitarum, Administrorum pauco- rum, Cantorum & Ianitorum, sed & Sacer- dotum, nisi quod ex tempore Ioakim ap- paret ita cœpisse restitui sub Ieschua Sa- k. iij.

cerdotum vices, ut nūquam desuisse videātur; sicut nec alioutum Leuitarum:

Nech. 13. 4 Tempore Ioakim eius filius Eliakin quæstor fuit Thesaurorum prioris generis, & posterioris.

Nech. 13. Cæterum cum Néchemias comperifset Eljaschib non bene versatum fuisse in demenso Leuitis omnibus repræsentando, nouos quosdam instituit Quæstores, præsertim Thesaurorum posterioris generis, nimirum Schelemjam Sacerdotem, Tsdokum Scribam, & Pedajam Leuitam, & eorum Legatum Chananum filium Zaccur filij Mattanijæ: ita ut horum esset fratribus suis Leuitis suum demēsum dispertiri.

Néch. 11. 24. traditur Pethachjam filium Mesezabcel ex posteris Zerach filij Iehuda fuisse ad manum Regis in omni re ad populum, hoc est, ut apparet ex ipso contextus filo, destinatum fuisse à Rege seu Monarcha Persarum, ut suppeditaret quæ erat necessaria ad ea Templo suppeditanda que populus suppeditare debebat, ad quæ etiā præstanta Rex ipse seu Monarcha Persarum Artaxerxes Longimanus se obligauerat. Hez. 6. 8. & 9. & 7. 20.

Néchem. 11. 16. dicantur Schabbethai & Iosabad præfecti operi extero Ædis Dei (sea sacra) ex capitibus patrum. Opus vero istud

Istiusmodi externum Ædis Dei non male de iudiciis & Leuiticis Præfetis corūmq; numero in ea Iudaorū reducū paucitate suprà cap. 12. explicari posse diximus, vt & opus externum super Israelem iam cap. 10. exposuimus: sed si quis Opus externum pro Æde Dei, interpretari malit opera ea quæ extra Templū facta ad Templi usum, aut refectionem pertinebant, non admodū repugnabo: vel propter illud, **בְּאַלְמָנָה** אֱלֹהִים, Ædis (vel pro Æde) Dei.

Quām bene sarta tecta conseruata fuerit hæc politia ab Iaddo usque ad Ionatham Maccabæum, non ita constat, nisi quod ἀπορουσι τοι Iudæis concessam legimus à Regibus Ægypti & Syriæ, usque ad Antiochum Epiphanem, à quo Iason (qui & Iesuſ dicitur) Quia summi Sacerdotis adhuc superstitionis frater, ingenti pecunia vi Summū fratris adhuc viuentis Sacerdotium emit, & pro legibus diuinis paulatim Græcorū instituta substituit: quod etiā Menelaus tertius frater aduersus utrumque fratrem audacius & impudentius auctus est, tandemque ad eam rem sibi nactus est Legatum Lysimachum per omnia cognatum. unde & octauo Antiochi Epiphanis anno tota Iudaorum ἀπορουσι iusto Dei iudicio cōcidit.

Politia istiusmodi ita prostrata, paulatim

restitui cœpit à Mathathja , aliquanto amplius à Iuda, omnino à Ionatha & Simone eius fratre, vt apparet ex eorum gestis & titulis. nisi quod in Ionatha summum Sacerdotiū translatū dicatur à posteris Tsadochi in posteros Iojarib, authoris primæ vici, quæ ex posteris Eleazaris fuit, nisi Iojarib istiusmodi illū esse velis de quo Nech. 12.6.

Par. 24.7

Ita autē restituta durasse videtur usq; ad tēpora Herodis primi qui Ananchū ex obscuro ad modum Babyloniorum Sacerdotum genere, pro Asmonæis substituit, & summum Sacerdotium ita fœdauit, vt ex authoratis subinde qui eo fungerentur, indignissimos quosque pro libidine sufficeret: quod etiam alij Iudææ reges & Toparchæ ausi sunt, imò & Romani Procuratores, quæstui nimirum attentiores: & postea ex Romanorum priuilegio Chalcidis reges. Ad hanc ordinis violationem accessit lōge post illa altera cuius meminit Iosephus Antiq. Iud. 20.6. qua factum est vt Sacerdotes primarij (vel certè qui erant ex genere Aharonis) Sacerdotes alios (vel certè Leuitas) decimarum iure priuarent. Accesit & altera qua Agrippa minor ex Synedrij sententia Leuitis Cantoribus cōcessit eque ac Sacerdotibus aliis, lineam vestē gestare.

Ad has corruptiones quamplurimas alias
accessisse

accessisse verisimile est, sed & apparet ex Sacris literis & profanis historiis, præcipua quæque Politiae Ecclesiasticæ fundamenta sarta tecta conseruata fuisse.

Habuerunt enim Ierosolymis ordinem ^{Ad. 4.6} aliquem Sacerdotum seu ἡγεμόνην. Genus Sacerdotale, inter quos unus aliquis ^{Luc. 1.5} summus Sacerdos superemeret, reliqui suas vices obirent qui etiam ἀρχεπίσκοποι dicti sunt, vel respectu Leuitarum qui apud Iosephum & Sacros noui Testamenti scriptores aliquando *iepsis* dici videntur, vel quod in Chronicorum historiis Sacerdotes ^{Chron.} omnes Principes rerum Sacrarum ^{& 24.5.} [domus] Dei vocantur.

Habuerunt & Leuitarum quendam ordinem, qui aliquando Leuitæ, aliquando e- ^{Ioan. 1.19} tiā *iepsis* dici videntur.

Habuerūt & ex indigenis suos Prophetas, quos ἑρμηνεῖς. i. Scribas, & νομοθετούχαι. ^{Matth. 23.4} *λοις*. i. Legisperitos appellantur, qui unā cū Sacerdotum ordine de doctrina cognoscebant, & unā cum populi Senioribus in mores inquirebant, & iurisdictionem Ecclesiasticam publicè exercebant.

Habuerunt & ex Iudeis exteris Synago- ^{Ad. 6.9, &} gas quasdam seu collegia in quibus illi ita ^{84.12} docerentur, ut postea docendis Iudeis suis Popularibus præficerentur.

Ila. 29. 19. Extra Ierosolyma siue in Iudæa ipsa, siue in aliis regionibus Iudæi Synagogas quasdam habuerunt, in quibus ut potuerunt sue religioni operam dederunt. Quia ergo extra Ierosolyma sacrificare non licuit, etiam perturbatissimis temporibus (nisi quod Iudæi Ægyptiaci abusi testimonio Iesaiæ, & Templum aliquando ausi sunt exædificare & in eo sacrificare) ad Synagogas illas duntaxat conueniebat populus ad preces solenes, ad audiēdam Legem & Prophetas eorumque interpretationem, item ad audienda Legis Mosaicæ Iudicia cum Civilium Ecclesiastica.

Hæ Synagogæ omnino responderunt cœtibus Ecclesiasticis Leuitarum & Prophetarum qui extra Ierosolyma primis temporibus à Iosua & Samuele instituti fuerāt, ex Legis præscripto.

Leitarum igitur & Prophetarum locū subierunt in illis Synagogis Archisynagogi qui in eadem Synagoga plures fuerunt, ut appareat ex Act. 13. 15. & 18. 8. & 17. vbi duo Archisynagogi Crispus & Sosthenes ciudem Synagogæ Corinthiacæ nominantur: qui quidem nō solum singulis diebus festis preces concipiebant, Legemque & Prophetas legebant, sed & illis interpretationem adiicibāt, aliiq; qui ad id illis idonei vide-

videbatur: vnde fortasse & illà de Prophe- Act.13.13
1. Cor.14.
2f.
tarū interpretatione postea in Ecclesiam à
Paulo inuchútur. Nam qui Prophetæ pri-
mùm dicti sunt, & postea Scribæ & Legif-
periti, postremò in Synagogis Archisynag-
ogis sunt appellati: vnde verisimile est Ar-
chisynagogos illos Seniorū ordinē qui in
mores inquirerent, moderatos fuisse. Nam
& in illis sui etiam ~~corporis~~ fuerunt. Luc.4.25;

In Synagogis Iudaicæ prouinciæ & Sy-
riæ Damascenæ quæ Iudææ à Iudæis adscri-
bebatur, minores causæ Ecclesiasticæ tra-
ctabantur, maiores & difficiliores, aut etiā
minorum appellationes Ierosolyma refe-
rebantur, vt appareat ex Act.9.1.

In aliis aliarum prouinciarum Synago-
gis quæ tractabantur, terminata videntur:
ita tamen vt per literas sese mutuò omnes
consulerent & admonerent, vt appareat ex
Act.28.21.

C A P V T X I X.

*De schismatis, apostasiis & sectis quæ apud
Hebreos exortæ sunt.*



Enique locus hic omnino po-
stulat, vt de schismatis, apostasiis & sectis quæ apud Hebreos
emerserūt, agamus. Secessio igit
ur decem tribuū primū apud illos schisma
l. ii.

creasse videtur, quod tandem in manifesta apostasiam desit.

Grauius certè peccarunt Samaritani; id est, populi illi qui ab Assyrio in Samariā ad coloniam deducendam deportati sunt. Nam non solum genuinum Dei cultū suarum superstitionum & idololatriarum ritibus conspurcarunt, sed & quibus potuerūt caluniis, insidiis & pessimis artibus Iudeos ex captiuitate Babylonica reduces impiedierunt quominus Vrbem Templūque ipsum instaurarent.

Quibus nominibus Hebræorū Rabbini assérunt Iudæis illis reducibus visum fuisse solemni Excōmunicatione (vel, si velis, Anathemate) Samaritanorum consortio suis interdicere. Eius excommunicationis seu anathematis ritus & fragmenta quædā extant in cōment. R. Schimehonī in Nechemiā, paulò post explicatū versum 68, cap. 7.

Inimicitias istas atque excōmunicationē auxit, quod cum Nechemias Manassēm ex genere summorum Sacerdotū, eundemque Sanballathi Horonitæ, Samaritanæ gentis Satrapę generum, ab Altari Sacrifq; arcendum procurasset (vt suprà cap. 13. fusiūs exposuimus) & Sanballathus Manassis illius sacer ab Alexandro Magno obtinuisset ius Tēpli & Sacerdotij apud montē Garizin erigendi

erigēdi, Manasses iste Templi illius supremus Pontifex, apostatas quos poterat ex ipsis Ierosolymitanis ad se pelleixerit. Atq; hæc omnia efficiunt, vt nō prorsus absurdum videātur quæ de diuersis Samaritarum hæresibus tradit Epiphanius. Quod verò ad Iudeorum hæreses seu sectas attinet, quatuor illas duntaxat hic sumus perstricturi quæ ante euersam Ierosolymam apud ipsos Iudeos viguerunt. In illis primus locus Essæs seu Eessenis meritò tribuitur. Illos enim esse puto qui i. Macc. 7.13. Assidæi appellantur, Iudeorūmque primi & præcipui dicuntur.

Essæos seu Eessenos Assidæos esse arguit, q; apud Iosephum filiū Gorionis Hebraicè scribentem, qui Essæi seu Eesseni dicuntur ab aliis, & præsertim à Iosepho Græcè easdem historias describēte, *חוֹסִידִים Chasidim*. i. Be-nigni seu Pij appellantur. Nam q; lib. 5. cap. 23, dici videntur *מְגִישָׁה* quasi Variantes, il-lud sectæ non tribuo, sed ad sententiam refero: quæ sic vertēda videtur ex significatiōne vocis *מְגִישָׁה*. i. Detrectas, ad Prou. 24. 21: Sed nec detrectantes (istiusmodi iusinrandum, Herodisq; dominationē & imperiū) qui ex Chasidæis [erant,] propter Menachem detrectantē (eadem illa videlicet) qui [erat] ex Chasidæis, &c. Quod si sectæ tribuendum sit, Ossenos eo nomine intel-

ligam, in quos & Essenorum nonnullos degenerasse statim subiiciemus.

Et verò si à **בְּנֵי יִשְׂרָאֵל**, i.e. Benignus, Plus, Essæum deducere velis, non est quòd mireris postremam dictionis literam ex frequenti vsu ab Hebræorum plebe detritam fuisse, quia Syri Antiocheni vulgo **בְּנֵי בֶּןְיַם** Beignum pro Hebraico **בְּנֵי יִשְׂרָאֵל** usurpent. Porrò Essæorum seu Essenorum dogmata fusissimè prosequitur Iosephus Antiq. Iud. 18.2. & Belli Iud. lib. 2. cap. 7, ex quo capite satis appetet Essenos quosdā degenerasse in Ossenos, si quæ ibi de altero Essæorū collegio traduntur, conferantur cum his quæ de Ossenorū dogmatis & regione scribunt Epiphanius lib. 1. tom. 1. cap. 19, item & Plinius naturalis historiæ lib. 5. cap. 17.

Sadducæorum dogmata & originem (à Tsadducho quodam videlicet) tradunt Epiphanius ciudem illius lib. cap. 14. & Iosephus illis iisdē locis quæ supra notauimus: Quibus & de Phariſeis eorumq; placitis agit, ut ea etiam tractat Epiphanius ciudē illius libri cap. 16. ubi & appositissimè eoru nomen à Separādo dedicit. quòd videlicet spontanea quadam & superflua religione & ficta vitæ morumque sanctitate à reliquis se separarent: quasi etiam eo modo se eximios & præstantissimos Iudæorum o-

mniūm

rnium ostentarent. Nam Chaldaicū פָּרַשׁ (à quo esse factum Pharisei nomen vel illud indicat, quod Hebræorum Rabbini Phariseos פָּרַשׁ vocant ex participio Hebraico omnino illi Chaldaico antistropho) & Separatum & Eximum significat. vnde & Paulus gloriari videtur Act.26.5. sc Pharisēum vixisse iuxta exquisitissimā Iudeorum sectam. Hanc etymī rationem aliquo modo confirmat Chaldaeus Paraphrastes Ionathas in Hamos 2.12. qui ex alludendi more quem habet usitatissimum in suis paraphrasticis metaphrasibus, פָּרַשׁ-נָזְרֵר. i. Nazaræos à Propheta dictos, Doctores Hebræorum interpretatur. Dubium autē non est Ionatham eò loci respexisse ad ea pietatis exercitia quæ eius ætate in maximo erant pretio & usu, qualis erat Pharisæismus: & suo tempori Prophetæ doctrinam accommodasse: & proinde innuere voluisse Phariseos perpetuos quosdam esse Nazaræos, i. ab institutis vulgi separatos & in Lege occupatos (vt explicat ibi Rabb. Schel.) vnde & authoritatem illam docendi sibi arrogarint. quæ etiam eos unā cum simulata illa vitæ sanctitate omnibus maximè eximios & illustres reddiderit.

Quarta Hebræorum secta, quæ Zelotarum dicitur, à Iuda Gaulonita & Sadducho

Pharisēo cœpisse videtur, ex his quæ notaꝝ Iosephus Antiq. Iud. 18.1, & 2. vbi etiā pluribus de corum dogmatis, itē & Belli Iud. lib. 2. 7. quo loco Iudas ille Gaulonita appellari videtur Simon Galilæus. nisi forte duos illos, Iudam & Sadducum, tempore initæ descriptionis sub Cyrenio vel Quirino primū exortos fuisse dixeris: deinde Copinio seu Coponio descriptionem illā absoluente, Simonem illum Galilæum superuenisse, qui in Galilæa præcipue, Zelotarū placita disseminaret. Eorum progressum atque etymi rationem, quod videlicet meliorum institutorum Iudaicæ disciplinæ æmuli essent, habes lib. septimo Iosephi de bello Iudaico capite 28. & 4. cap. 5. atque ad eō reliquis libris & capitibus subsequentibus. Hæc verò secta omnium superiorum Iudeis ipsis omnibus necdum auctoribus & seculis pernicioſissima fuit: ut quæ Iudeorum omnium excidium totiusque Reipublicæ Iudaicæ prostrationē non modò accelerarit, sed & eam tam miseram & calamitosam effeçerit.

קָרְבִּיאֵל

F I N I S.

Pag. 88. lin. 1. lege æqualem.